



**R.P.Fr. Lvdovici Granatensis Ordinis S. Dominici SS.
Theologiæ Professoris Opera**

In tres tomos distributa

Opvscvla Spiritvalia Continens, in quibus peccatores à semita vitiorum &
perditionis, ad regiam virtutum, perfectionis, ac salutis æternæ viam,
perducuntur

Luis <de Granada>

Coloniae Agrippinae, 1626

[Prima Pars.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79597)



DVCIS PECCATOR VM

LIBER PRIMVS.

IN QVO PROLIXA ET COPIOSA AD virtutem & diuinorum mandatorum obseruan- tiam exhortatio continetur.

TITVLVS PRIMVS.

*QVOD HOMO VIRTUTEM APPE-
tere, Deoq; seruire obligatus est: & de excellentia
perfectionum diuinarum.*

CAPVT I.



DVO potissimum Christiane Le-
ctor, solent hominis voluntatem
ad quemcunque honestum labo-
rem excitare & permouere. Vñ
est obligatio, qua ratione iustitia
sumus obstricti: aliud est utilitas
seu fructus, qui ex labore isto promanat. Est enim
omnium Sapientum sententia, duo hæc in quacun-
que re esse consideranda. Honestatem scilicet, & Vi-
litem, quas sunt tanquam duo calcaria nostræ volū-
tatis, quæ excitant illam & impellunt ad aliquid
agendum. Horum autem etsi Utilitas ferè semper
plus appetatur. Honestas tamen & iustitia sunt effi-
caciores potentioresque. Non enim vlla in hoc mun-
do reperitur utilitas quantumvis ea magna sit, quæ
cum excellentia Virtutis potest æquiparari: quemad-
modum & nullum tam grande potest esse detrimen-
tum aut incommodum, quod non potius homo sapi-
ens debeat eligere quàm in aliquod vitium impinge-
re, vti probat Aristoteles. Cum itaque propositum &
institutum nostrum sit in hoc libro ad amorem Vir-
tutis homines inuitare, illiusque pulchritudine inef-
scare: optimè nos facturos existimo, si ab hac par-
te principali incipiamus, declarantes obligatio-
nem, qua virtuti tenemur obstricti: & proinde eti-
am ipsi Deo, qui bonitas ipsa cum sit, nihil in hoc
mundo commendat, nihil postulat, nihil pretiosum
ducit præter solam Virtutem. Videamus itaque nunc
summo cū studio & diligentia iustos titulos, quos ha-
bet, Deus, id tantum debitum à nobis postulandi vel
exigendi. Sed cum ij sint innumerabiles, nos tantū sex
præcipuos in medium adducemus, ob quorū singulos
homo debet illi quidquid potest, & quidquid est, si-
ne vlla excusatione. Huius primus, maximus, & qui
minis potest declarari vel exprimi, est, esse eum qui
est: quo refertur magnitudo Maiestatis, omniumque
illius perfectionum. Huc pertinet incomprehen-
sibilis magnitudo illius bonitatis, misericordiae, iusti-
tiae, sapientiae, potentiae infinitae, nobilitatis, pul-
chritudinis, fidelitatis, veritatis, benignitatis, feli-
citat, maiestatis, aliarumque diuinarum & per-
fectionum, quæ in illo sunt, quæ talia & tam immen-
sa sunt, quod (vti Doctor quidam insignis ait) si totus
mundus libris esset plenus, & omnes creaturae scrip-

tores, atque omnis aqua maris atramentum, prius
omnes libri implerentur, prius omnes scriptores de-
fatigarentur, & prius mare exhauriretur, quàm abso-
lutè, & vtrè vera est, vna sola illarum perfectionum
describeretur. Dicit & idem Doctor. Quod si Deus
crearet hominem nouum, eique daret cor tam am-
plum, capax & spatiosum, quàm sunt omnia corda
hominum simul commixta, cor autem illud immen-
sa & inulitata luce apprehenderet qualitatem &
quantitatem vnius harum perfectionum, deficeret,
& moreretur, aut creparet præ magnitudine lætitiæ
& voluptatis, quæ in illo redundaret, nisi singulari
fortitudine à Deo conseruaretur.

Hæc igitur est prima & æquissima ratio, qua su-
mus obligati ad amandum Deum, eique seruendum
& obtemperandum, quod est veritas in gradu tam
excellso, vt & ipsi Epicurei, qui totius Philosophiæ
sunt euerfores, (negant enim diuinam prouidentiam,
& animarum immortalitatem) non negent religio-
nem, quæ Dei cultus est & veneratio. Vnus enim il-
lorum differens in libro, quem Tullius de Natura
Deorum conscripsit, confitetur & probat irrefraga-
biliter Deum esse, sed & altitudinem admirandū
eius perfectionum confitetur: ob easque dicit etiam ad-
orandum & reuerendum esse: hoc enim debetur ma-
gnitudini & excellentiæ nobilissima illius substan-
tiæ. Colendus igitur vel hoc nomine solo est, etiam si
non esset aliud vllum. Nam si honoremus & venere-
mur Regem aliquem propter solam dignitatem eius
præsentiam, etiam si extra regnum suum sit, ubi nullū
ab eo beneficium accipimus: cur non magis omnem
honorem & reuerentiam exhibere debemus huic
Domino, qui (vti Ioannes testatur) habet in vestimē-
to suo, & femore scriptum, *Rex Regum & Dominus*
Dominantium; Ipse est qui tribus digitis sustinet ro-
tunditatem terræ, causas disponit, cælos mouet: ipse
est qui mutat tempora, alterat elementa, diuidit a-
quas, producit ventos, generat res, dat influentias
Planetis, & tãquam rex & Dominus vniuersalis alit
& sustentat omnes Creaturas. Illud autem maius
est, quod regnum illius non est per successionem aut
per electionem, aut per hereditatem sed pernatu-
ram. Quemadmodum enim homo naturaliter ma-
ior est formica, sic nobilissima illa substantia magni-
tudine superat omnes alias res creatas, adeo, vt omne
quod est, atque mundus hic vniuersus in oculis illi-
us, vix vnius habeat formicæ quantitatem. Si infelix
Philosophus hanc veritatē agnouerit & cōfessus fue-
rit, quomodo non confitebitur illā philosophia Chri-
stiana? Hæc igitur docet, quod etsi multi sint tituli,
quibus

*Honestas &
utilitas in
omni actione
conferantur.*

*Epicurei Deo
seruendum
docent.*

*Cic lib. 3. de
natura Deor.*

Simile.

Apoc. 19, 14

Psal. 134, 7.

*Dei regnum
non est per
successionem.*

*Deus est,
qui est.
Exod. 3.*

quibus Deo sumus obligati: his tamen omnibus præluet ille, de quo nunc agimus, qui & talis est, quod (licet non essent alii) solus hic omne mereatur amore & famulatu hominis, etiam si infinitos animos, & corpora haberet infinita, quæ illius cultui atque amori possent impendi. Id semper studiū Sanctorum fuit, quorū amor tam purus erat & sincerus, ut de illo dixerit B.

Bernard. Ser.
13. in Cant.

Bernardus: Purus amor de spe vires non sumit, ne tamē diffidentia damna sentit, quasi diceret, verū amōrē non accendi ad cultum diuinum spe, quæ expectat aliquod beneficium à Deo, nec teperescere, etiam si sciret se nihil ab illo percepturum: non enim lucro mouetur aut emolumento, sed amore puro, qui debetur infinitæ illi bonitati. Quamvis autem hæc ratio nos potissimum Deo obstringit, minus tamen imperfectos mouet, idque duas ob causas. Prima est, quia tanto plus mouet proprium commodum, quanto altiores in anima amor proprius egit radices: Secunda vero, quia plerique tanquā rudes & ignorantes non intelligunt dignitatem & pulchritudinē supremæ illius bonitatis. Nam si maiorem illius cognitionem percipissent, solus iste splendor eum in modum ipsorū corda suffunderetur, quod cōtenti illo solo, nihil aliud desiderarent.

Cur perfecti
one Deo
omnes minus
mouentur.

Nam si maiorem illius cognitionem percipissent, solus iste splendor eum in modum ipsorū corda suffunderetur, quod cōtenti illo solo, nihil aliud desiderarent. Non itaque abs re fore arbitror, huiusmodi hominibus fenestram aperire, & lucis aliquid communicare, ut possint plus aliquid cognoscere de huius Domini magnitudine. Est autē hæc doctrina mutata ab insigni illo, & summo Theologo B. Dionysio, cuius in Mystica sua Theologia institutum non est aliud, quam demonstrare dignitatem essentię diuinę, cum quacunque re creata cōparatæ: docens oculos ab omni creaturæ perfectione in cōtemplatione Dei esse auertēdos, ne fallamur, volentes illū per ipsas modificare, sed relinquendo hæc omnia in inferioribus, animum leuandum esse ad cōtemplationem vnius Entis, quod est super entia omnia, vnius substantię, quæ est super omnes substantias, vnius luminis, quod est super omnia lumina, in cuius comparatione omnis lux tenebræ sunt, vnius pulchritudinis super omnem pulchritudinem, cui collata omnis pulchritudo deformitas est, & abominatio. Hoc designat caligo illa, in quam Moyses intrauit, cum Deo locuturus; quæ cooperuit vultu omnium rerum, quæ Deus non erat, ut hoc modo verus Deus facilius & exactius agnosceretur.

In cōtem-
platione Dei
oculos ab om-
ni re creata
esse auertē-
dos.

Exod. 24. 16.

3. Reg. 19. 13.

Hoc ipsum & Helias significat, regens oculos suos pallio, cum vidit gloriam Dei transeuntem. Debet enim homo suos oculos ab omnibus rebus, tanquam indignis auertere, quando vult diuinam gloriam cōtemplari. Hoc & manifestius videbitur, si consideremus maximum discrimen, quod est inter esse increatum, & quodcumque lubet creatum: id est, discrimen quod est inter Creatorem & creaturā. Videmus enim creaturas omnes habuisse principium, & finem habere posse: ille autem nec initium habuit, nec finem potest habere. Creaturæ superiorem agnoscunt, & depēdent ab alio: Creator nec superiorem agnoscit, nec ab ullo depēdet. Creaturæ mutabiles sunt & diuersis alterationibus subiectæ: Creator in se nec mutationem habet, nec ullam alterationem. Creaturæ mixtæ sunt & compositæ sed in Creatore nulla inuenitur compositio, propter purum illius simplicitatem: Nam si ille pluribus ex partibus esset compositus, haberet compositorem, qui prior illo esset, quod est impossibile. Creaturæ possunt esse plus illius, quod sunt; habere plus de illo, quod habent, scire plus, quam sciunt: Creator nec plus potest esse illius quod est, cum in eo sit totius Entis perfectio: nec plus potest habere de illo quod habet, cum in illo sit diuitiarum omnium abyssus: nec plus potest scire, quam scit, cum sapientia illius sit infinita, & excellentia ipsius æterna, cui omnia sunt tanquam præsentia. Quapropter magnus ille Aristoteles, Creatorem actum purum appel-

Granater. Opusc. spiritual.

lauit, significans illā esse vltimam & summam perfectionem, cui nihil potest accrescere: impossibile enim est, ut plus de substantia, cuius est, participet: nec potest aliquid excogitari, quod in illo desideretur. Omnes creaturæ militant sub vexillo mobilitatis, tanquam enim pauperes atque inopes moueri possunt, ad querendum illud, quod ipsis deest: ille autem mouendi se causam non habet, quia nihil illi deest, & inuenitur in omni loco. Omnes aliæ res inueniuntur diuersæ, & vna ab alia distinguitur: sed in illo non potest inueniri distinctio partium diuersarū, propter summam illius simplicitatem: ita ut illius esse, sit illius essentia, & illius essentia sit illius potentia, & illius potentia sit illius voluntas, & illius voluntas sit illius intellectus, & illius intellectus sit illius intentio, & illius intentio sit illius sapientia, & illius sapientia sit illius bonitas, & illius bonitas sit illius iustitia, & illius iustitia sit illius misericordia: quæ etsi habeant contrarios effectus, (qui sunt ignoscere & punire) realiter tamen vnum & idem in illo sunt; ita ut eius iustitia sit misericordia, & misericordia sit illius iustitia, atque ita in ipso sunt operationes & perfectiones, quæ apparent, sed non sunt contrariæ, ut B. Augustinus bene

Aug. lib. 1.
Confess. c. 4.

annotauit. Ipse enim est secretissimus & potētissimus, pulcherrimus, & fortissimus, stabilis & incōprehensibilis, sine loco & in omni loco, inuisibilis & lustrans omnia immutabilis & omnia mutans: semper operatur & perpetuò quietus est; ipse implet omnia & conclusus non est, omnibus rebus intentus est, & non est distractus: magnus est sine quātitate, & propterea immensus est, bonus est sine qualitate, & propterea summus bonus est. Denique, ut paucis dicam, omnes res creatæ uti habent circumscriptā essentiam, quæ ipsas complectitur: ita limitatam habent potentiam, ad quā extenduntur, limitata opera, in quibus exercentur; circumscripta loca, in quibus stant; certa nomina, quibus nuncupantur & demonstrantur, particulares definitiones, quibus declarantur; & particularia genera seu predicamenta, sub quibus cōprehenduntur. Suprema autē illa iustitia uti est infinita in essentia, ita etiam est infinita in potentia, atque in alijs rebus omnibus: & quemadmodum non habet definitionem, quæ eius naturā definitur, ita nec genus habet quo cōtineretur, nec locū quo determinatur, nec nomen quo significatur proprius illius cōceptus. Imò cum nullū habeat nomē, ut S. Dionysius inquit, habet omnia nomina: reperiuntur enim in illo perfectiones omnes, quæ istis nominibus de nom. di. cōprehenduntur, aut significantur. Vnde inferitur, quod uti omnes creaturæ sunt finitæ & limitatæ, sic etiam sunt cōprehensibiles: sola autem essentia illa diuina uti infinita est, ita & incōprehensibilis est a quocunque etiam voles intellectu creato. Quemadmodum enim, Aristotele teste, id quod infinitum est non habet principium, ita nec absolute vel plenē potest ab aliquo intellectu cōprehendi, nisi ab illo ipso, qui omnia comprehendit. Quid aliud significant duo illi Seraphin, quos vidit Esaias stantes coram Domino, qui sedebat super solium excelsum & eleuatum: Sex, ait, alæ vni, & sex al-

Esa. 6. 2.

teri, duabus velabant faciem eius, & duabus pedes eius, nisi ut significetur, quod ne supremi illi spiritus, qui tā excelsum habent in celo locū, & Deo ipsi sunt vicinissimi, possunt cōprehendere omne id quod in Deo reperitur: nec ab vno ad alterū ut cognoscant & intelligāt peruenire, etiam si videant illum in propria essentia & pulchritudine? Quæadmodum enim stans quispiā in littore videt quidem mare, non tamen videt eius latitudinem & profunditatem; ita & supremi illi spiritus aliq̃ue electi omnes, qui in celo sunt, vident quidem Deum realiter, non possunt tamen cōprehendere vel profunditatem illius magnitudinis, vel altitudinē ipsius æternitatis. Et quamvis Deus in Scripturis dicatur sedere super Cherubin, potius tamen stare super illos

Esa. 37. 16.
Dan. 3. 55.

A 3

illos dicitur, ita vt non possint illi appropinquare, multò minus illum comprehendere. Ita sunt tenebrae quas, vt Psalmista dicit, *posuit latibulum suum in circuitu tabernaculi sui*, vt significant illud, quod Apostolus dicit, Deum inhabitare lucem inaccessibilem, ad quam nulli patet aditus: Propterea Propheta vocat tenebras, quia impediunt tam visionem, quam comprehensionem Dei. Quemadmodum enim (vt quidam ait Philosophus) et si nihil lucidius inueniatur & visibilis Sole, nihil tamen minus illo videtur, propter illius claritatis excellètiā, & visus nostri debilitatem: ita licet nihil magis in se sit intelligibile Deo, nihil tamē in hac vita minus illo intelligitur, ob eandem rationes. Quapropter ille, qui aliquo modo Deum cognoscit, postquam ad finem, seu vltimum terminum perfectionum, quae intelligi possunt, peruenit, fatebitur infinitis esse vltius viis sibi procedendum, & esse Deum infinitis modis maiorem, quam potest comprehendi: & quanto amplius agnouit illā incomprehensibilitatem, tātò plus de illo intellexit.

Iob 5, 9.
Greg. lib. 27
Mora. c. 35. &
lib. 6. moral.
c. 6.

Dionys. de
mystic. Theol.
c. 1.

Psalm. 54, 2.

Aug. Solil.
c. 31. & lib. 10.
Conscia. 31.

Hinc est quod B. Gregorius ad illa verba Iob, *Quis scit magna & inscrutabilia sine numero*, dicit tunc melius nos de Deo loqui, cum sub considerationis eius formidine admirando tacemus. Tunc enim homo cōuenienter laudat illud, quod eloqui non potest, cū tacet. In eadem etiā sententia B. Dionysius est: Arcanum inquit, diuinitatis, quod omnes intellectus transcendit, sacris animi venerationibus, & ineffabili & casto honoremus silentio. Quo loco alludere videtur ad illud Prophetae, secundum translationem Hieronymi, *Tibi silet omnis laus Deum in Sion*, significans perfectissimam laudationem esse hanc, quae fit tacendo, & ineffabili illo, castoque silentio: consistendo nimirum incomprensibilitatem, & altitudinem ineffabilis istius substantiae, cuius magnitudo est super omnem magnitudinem, cuius substantia infinitis modis superat, differtque ab omni alia substantia rerum, tam visibilium, quam inuisibilium. Quare & B. Augustinus dicit: Quando Deum meum quero, non quero speciem corporis, non decus temporis, non candorem lucis, non colorem, non dulcium melodiarum cantus, & quaecumque dulce sonantia: non florum & vnguentorum, vel aromatum odores, non mella vel manna gustui delectabilia, non cetera ad tangendum vel amplexandum amabilia, nec omnia alia sensibus his subiecta quero, cum Deum meum quero. Absit vt ista crediderim Deum meum, quae etiam à brutaliū sensibus comprehenduntur. Et tamen cum Deum meum quero, quero nihilominus quandam lucem super omnem lucem, quam non capit oculus: quandam vocem super omnem vocem, quam non capit auris: quandam odorem super omnem odorem, quem non capit naris: quandam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus: quandam amplexum super omnem amplexum, quem non capit tactus. Ista lux quidem fulget, vbi locus non capit: ista vox sonat, vbi spiritus non rapit: odor iste redoler, vbi flatus non spargit: sapor iste sapit, vbi non est edacitas: amplexus ille tangitur, vbi non diuelligitur.

Trium omnium
se spectari,
esse, posse, &
operari.

Sin autem tu quippiam capere vis, & intelligere de hac incomprehensibili magnitudine, intueri fabricam mundi huius, quae est opus manuum illius, vt per qualitatem effectus nobilitatem causae cognoscas, praesupponens initio, illud B. Dionysii, quod in omnibus rebus inuenitur esse, posse, & operari: quae tria sic inter se conueniunt, vt quale sit esse rei, tale sit eius posse, & quale sit posse rei, tale sit illius operari.

Posito hoc principio, contemblemur statim quam formosus, quam bene ordinatus, & quam ingens est mundus hic: sunt enim in firmamento stellae quaedam, tanta, secundum Astrologos, magnitudinis, vt ter-

ram & aquam, quae globum vnum simul constituunt, octogies superent sua quantitate.

Deinde vide quam mundus ille sit ornatus, & quā plenus infinita rerum varietate, quae in terra, in aqua, in aere, in omnibus illis partibus inueniuntur, quae omnes tanta cum perfectione conditae sunt, vt (excep- tis monstris) ab initio mundi, vsque in diem hodiernum nulla res inuenta sit, cui aliquid desuit ad complementum, aut perfectionem suae essentiae.

Machinam ergo tam ingentem & admirabilem mundi huius, secundum sententiam D. Augustini, Deus creauit, in momento, & fecit esse, de non esse, fecit enim sine aliqua subiecta materia, sine architectis, sine fabris, sine instrumentis, sine prototypo, seu exemplari exteriori, & sine spatio temporis: sed tantum iuxta simplicem conceptum suae voluntatis edidit in lucem hoc ingens opus, & magnum illud rerum Vniuersum.

Aug. lib. 11.
Confess. c. 2.
& 6. & lib. 2.
c. 8.

Considera praeterea, quod eadem cum facilitate, qua cum mundum hunc creauit, potuisset infinita mundorum millia creasse, qui singuli & maiores & pulchriores, & à pluribus quam hic fuissent habitati. Et postquam considerat, potuisset simili facilitate eosdem demoliri, & in nihilum redigere, sine vlla re- stentia. Dicitque mihi, si iuxta doctrinam Dionysii (sicut & praesuppositum à nobis est) per effectus & opus causae illius potentia cognoscitur, & per potentiam essentia, qualis erit potentia, à qua tantum opus profectum est: & si ista potentia talis & tanta est, qualis & quanta est incomprehensibilis illa essentia, quae per illam potentiam cognoscitur? Contemplatio haec procul dubio omnem excedit captum humanum. In hoc considerari debet vltius, quod opera omnia tam eximia, tamque grandia, non tantum quae sunt, sed & quae possunt esse, quasi non sunt in conspectu diuinae illius potentiae, imò infinitis modis sunt minora: infinitis enim modis maius est illud, ad quod sese extendit infinita illa potentia. Quis igitur non exanimabitur, considerans magnitudinem talis essentiae, talisque potentiae? quam licet homo non conspiciat oculis externis, potest tamen certissimam facere coniecturam, & ex praedicta ratione colligere, quam magna illa sit, & quam incomprehensibilis. Illam infinitam immensitatem Dei ostendit B. Thomas in suo Theologiae compendio, hoc exemplo: Videmus, inquit, in rebus corporalibus, quod quid excellentius est, eo quoque est maius in quantitate (videmus enim aquam maiorem terra, & aerem aqua, & ignem aere: porro primum seu infimum caelum maius igne, secundum caelum maius primo, & secundo tertium, & sic ascendendo vsque ad decimam sphaeram, imò vsque ad caelum Empyreum, cuius magnitudo est incomparabilis. Id aperte videtur, cum quis considerat quam exilis sit terra & aquae rotunditas, si cum caelis compareretur: postquam Astrologi dicant, vniuersam terram & aquam circumferentia esse tanquam punctum in comparatione caeli. Sed & illud suis demonstrationibus conuincunt. Cum enim circulus caeli diuidatur in duodecim signa Zodiaci, quae Sol semel in anno percurrit, in quacunque terrae parte sex supra Horizontem perfectè conspiciuntur: altitudo enim & eminentia terrae non occupat amplius de caelo, quam faceret folium chartae, vel tabula, posita in mundi centro, vnde conspici posset caeli dimidius sine vilo impedimento. Cum itaque caelum Empyreum, quod est primum & nobilissimū mundi corpus, tam sit inestimabilis magnitudinis, super alia corpora, facile est intelligere, dicit Thomas, quomodo Deus, qui sine aliqua circumfcriptione primus, maximus, & optimus est rerum omnium, tam corporalium, quā spiritalium, qui & factor illarum est, debeat superare omnia, cum infinita quaedam

S. Thom. in
compend.
Theolog.

Deut. 32, 3.

Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? In eandem ingratitudinem & alius Propheta inuehitur, idque verbis magis aculeatis: Generatio, ait, praua & perversa, haccine reddis Domino populo stulte & insipienti? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit te, & creauit te?

Ex consideratione creaturæ suæ, hominē vniū in cognitione creatoris.

Ezech. 29, 3.

Isti sunt, qui oculos in cælum non tollunt, nec se ipsos intuentur sui ipsorum immemores. Nam si se ipsos intuerentur, interrogarent se ipsos per se, & scirenterentur, quæ sit prima ipsorum origo, quod primum principium: hoc est, à quo facti sunt & quem in finem creati: ex cognitione siquidem illorum, in cognitionem illius, quod facere merito debeant, tandem deuenirent. Id autem quia non faciunt homines, viuunt quasi à seipsis geniti. Quomodo viuebat ille maledictus Aegypti Rex, cui Deus minatur per

Ezech. 29, 3.

Prophetam dicens: *Ecce ego ad te Pharaonem Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, Meus est fluuius, & ego feci memet ipsum.* Hoc modo loquuntur omnes, qui obliui Creatoris sui, tanquam à seipsis creati, factorem suum non agnoscunt. Melius faciebat S. Augustinus, qui per cognitionem sui principij, venit in cognitionem sui Creatoris, dicens in quodam suo Soliloquio: Et redij ad me, & intraui in me, & aio ad me: Tu quis es? & respondi mihi, homo rationalis & mortalis, & incepti discutere, quid hoc esset, & dixi: Vnde hoc tale animal Domine Deus meus? vnde nisi abs te? Tu fecisti me, & non ego ipse me. Quis tu? Tu per quem viuo ego, tu per quem viuunt omnia. Quis tu? Tu Domine Deus meus verus, & solus, omnipotens & æternus, incomprehensibilis & immensus, qui semper viuus, & nihil moritur in te. Dic mihi supplici seruo tuo Deus meus, dic misericors misero tuo, dic quas per miserationes tuas, vnde hoc tale animal, nisi abs te? An quisquam sese facienti erit artifex? An aliunde quam à te trahitur esse & viuere? Nonne tu es summum bonum, à quo est omne esse? Quicquid enim est, à te est, quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vitæ, à quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuunt, per te viuunt, quia sine te nihil viuunt. Tu ergo Domine fecisti omnia. Num quæram quis fecit me? Tu Domine fecisti me, sine quo factum est nihil. Tu factor mei, ego opus tuum. Gratias tibi ago, Domine Deus meus, per quem viuo ego, & per quem viuunt omnia. Gratias tibi Plasmator meus, quia manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Gratias tibi Lux mea, quia illuminasti me, & inueni te & me.

August. Soliloq. cap. 31.

Ioan. 1.

Hoc est itaque primum diuinorum beneficiorum, & fundamentum omnium aliorum. Alia enim omnia præsupponunt Esse, quod datur per hoc beneficium; & sic omnia comparantur & cōiunguntur cum isto, tanquam accidentia cum sua substantia, cui subiiciuntur: vt hoc modo intelligas, quàm liberale sit beneficium, & quàm dignum quod alta mente reponatur. Age igitur si Deus tantam à te exigit gratiarum actionem pro suis beneficijs, quid putas exiget, pro hoc solo, quod fundamentum est omnium aliorum? maxime cum ea sit Diuinæ mentis cōditio, vt quemadmodum in beneficijs conferendis est liberalissima, ita in gratiarum actionibus reponendis est auarissima, non quod ipse ijs egeat, sed quia officium nostrum illas postulat. In veteri siquidem testamento legimus Deum ne vnum beneficium populo contulisse, quin statim, vix eo perfecto, mandauerit, vt in perpetua esset apud ipsos memoria, & pro illo immortales agerēt gratiarum actiones. Ita cum populum ex Aegyptiaca seruitute liberaret, vix populus terra exierat, quando mandauit, vt quotannis solenne festum celebraret in memoriam illius beneficii. Eum quoque in finem occidit omne primogenitum Aegyptiorum, & cōfestim præcepit sibi sanctificari omne primogenitum, tam de ho-

Exod. 12, 29.
Exod. 13, 15.

minibus, quàm de iumentis, quod ab illis, & inter illos imposterum nasceretur. Misit Israelitis, manna de celo quo vescerentur, & paucos illos hoc genere cibi in deserto annos quadraginta: statim autem cum manducare cepissent, misit certam manna mensuram colligere, illud in vas mittere, & in perpetuas generationes in sanctuario referuare, vt omnis posteritas huius beneficii monumentum haberet. Non ita multo post insignem illis victoriam dedit aduersus Amalechitas, atque euestigio dixit ad Moysen, *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iesue.* Itaque si Dominus tam sollicitus sit, vt memoria beneficiorum suorum temporalium in populo suo viuat in æternum; quid non exiget à nobis pro beneficio hoc immortalis, cum anima, quam ipse nobis dedit, sit immortalis? Hinc nata est illa cogitatio, quæ Sanctos Patriarchas monuit edificare altaria, vt essent monumenta quotiescunque recipiebant aliquod particulare beneficium à Domino: imò in ipsorum filiorum nominibus memoriam accepti beneficii consecrabant, ne obliuione sepeliretur. Quare vir quidam sanctus optimè concludit, hominem non debere toties respirare, quoties debeat Dei sui recordari. Quemadmodum enim ipse semper est, ita quoque semper Domino Deo suo debet gratias agere pro immortalis Esse, quod ab illo accepit. Vinculum huius obligationis tantum est, vt etiam mundanos Philosophos non latuerit, sed inter illos fuerint, qui exhortabantur homines ne Deo essent ingrati. Epictetus Philosophus Stoicus dicere solebat: O homo noli esse ingratus excelsi illi potestati pro beneficijs ab illa acceptis, vt sunt visus, auditus, gustus, &c. magis autem pro vita, quam tibi dedit, & alijs rebus, quibus te nutrit, & sustentat. Age illi gratias pro fructibus maturis, pro vino, pro oleo, pro rebus alijs omnibus, maxime verò debes illi benedicere, quia contulit tibi lumen rationis, vt prædictis omnibus & vti eorū possis valorem cognoscere. Si homo Ethnicus eum in modum gratitudinem commendauerit, eamque pro communibus beneficijs tam strictè exegerit, quid non debet facere homo Christianus, qui & maius lumen habet fidei, & maiora, præstantioraque accepit à Deo beneficia?

At dices mihi fortassis: Hæc beneficia communia potius esse Naturæ, quam Dei videntur: cui itaque sum obligatus pro dispositione & rerum ordine, quæ regulariter fiunt, & cursum suum obseruant? Heu, non est illa vox Christiana, sed Ethnica, imò potius belluina. Vt autem hoc manifestius agnoscas, audi eundem Philosophum, tales homines corripientem: Dices forsitan naturam hæc tibi beneficia conferre? Ah nimium ingrate; non animaduertis quòd illud dicendo nomen Dei mutas? quid aliud est Natura quàm Deus, qui est natura primaria? Non itaque, o homo ingrate, excusandus es, cum dixeris te Naturæ, non Deo deinctum esse, cum nulla sine Deo natura inueniatur. Si quam rem tibi comparaffes à Lucio Seneca, & postea diceres, te Lucio, non Senecæ debitorem esse, non iam creditorem ipsum, sed nomen solum immutasses.

Alia ratio quare obligati sumus ad seruendum Deo Domino nostro, propterea quod nosser Creator est.

Præterea non tantum debitum iustitiæ, sed & ipsa necessitas nostra nos obstringit, vt semper ad Creatorem nostrum respiciamus, si postquam creati sumus, velimus ipsam consequi felicitatem & perfectionem. Sciendum enim est, res omnes quæ nascuntur, generatim loquendo, non statim nasci cum omni sua perfectione. Habent quidem multa perfecta, multa tamen in illis desiderantur, quæ postea perficiuntur. Eam autem perfectionem addere debet,

Deus exigit à nobis gratitudinem. Exod. 16, 35.

Exod. 17, 14.

Genes. 12, 13, 22.

Genes. 41.

Epictetus. S. August. de Ciuitat. Dei, lib. 8. cap. 4.

Beneficia natura à Deo esse.

Non omnia statim perfecta nasci.

bet, qui opus incepit. Ita ut ad causam, quæ dedit principium Esse, pertineat etiam rei dare complementum. Hinc est quod omnes effectus in genere conuertuntur ad suas causas, ut ab iis accipiant ultimas suas perfectiones. Planta laborant quantum possunt, ut quarant Solem, & radices mittant in terram, quæ illas produxit: pisces quoque non exeunt aqua, quæ illos generauit: pullus ouo exclusus, mox sese sub alis gallinæ fouet, & sequitur illam quocunque ierit. Idem facit agnus, qui postquam natus est, statim ad vbera materna festinat, & si mille oues essent eiusdem velleris & coloris, cognoscit tamen propriam matrem, & cum illa semperit, quasi diceret: Hinc accepi quod habeo, hinc petam quod mihi deest. Illud in omnibus ferè naturalibus locum habet: sed & in artificialibus vsu veniret, si aut sensum aliquem haberent, aut motum. Si pictor in absoluenda imagine oculos relinquat imperfectos, quod si pictura illa sentiret, vel admoneretur eius quod ipsi deest, quid putas faceret? quod iret? certum est quod non iret ad palatium Regis, aut Principis alicuius; illi siquidem non poterunt eius satisfacere desiderio: sed ad ades sui magistri rediret, atque ibi rogaret illum, ut se perfectum faciat, & quod incepit absoluat.

Dic mihi, o homo rationalis, quæ causa est, ut non facias quod irrationales faciunt creaturæ? Nondum planè perfectus es, multa in te desiderantur, multa tibi desunt adhuc, antequam complearis, seu perficiaris, vix dum archetypus rudi (quod aiunt) Minerua delineatus es: nitor adhuc & elegantia operis desiderantur, quod apertissimè conuincit ipsius naturæ continuus appetitus: quæ semper tanquam necessitatem suam sentiens, suspirat semper, & quatit anxiam, quod sibi deest.

Deus te fame voluit præuenire, ut necessitate ista compulsum, te faceret per legitimam portam intrare, & te ad se respicere. Igitur te statim à conditione soluit absolvere, vel perfectum facere, qui te fecit, & ob hoc te noluit confestim diuitem facere. Voluit autem hoc ita facere, non quod avarus erat, sed quod beneuolus, sciens bonum esse te talem fieri, non ut tu pauper esses, sed ut humilis: non ut semper egeres, sed ut semper ad ipsum respiceres. Si tu itaque cæcus sis, pauper; & multarum rerum indigus, cur non recurras ad patrem qui te creauit, & ad pictorem qui te adumbravit, ut perficiat, quæ tibi desunt? Vide quàm promptus in hoc negotio fuerit Rex David:

*Manus tuæ, inquit, fecerunt me, & plasmauerunt me; dā mibi intellectum, ut discam mandata tua, quasi diceret, Manus tuæ Domine fecerunt omne bonum id, quod in me est: sed opus tuum, & plasma tuum nondum omnibus numeris est absolutum. Oculi animæ meæ inter alia nondum sunt perfecti, nondum habeo lumen, cuius beneficio sciam discernere, quid mihi deest, quid mihi sit necessarium. A quo autem id quod restat petam, nisi ab eo, qui dedit id quod habeo, ut cui debentur initia, finis quoque debeatur? Da mihi itaque Domine lumen illud, illumina oculos huius cæci nati, ut ijs te agnoscam, & sic perficiatur id, quod in me incepisti. Si itaque pertineat ad Dominum hunc, ultimam perfectionem dare intellectui, etiam eandem dare & voluntati, & aliis animæ potentiis ad illum pertinebit: ut hoc modo plasma hoc finiatur ab eodem artifice, qui incepit. Erit itaque hoc sine defectu, crescet sine incommodo, locupletabitur sine magno apparatu, & dabitur perfecta quies sine multarum rerum possessione. Per illum creatura pauper & misera est sua sorte contenta; diues & nuda; sola & beata; omnium rerum indiga, & omnium rerum felix possessione. Quare merito dixit Sapiens: *Est quasi diues, cum nihil habeat, &**

est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Pauper enim qui Deum habet, diues est, qualis erat B. Franciscus; & vice versa pauperrimus est ille, qui est sine Deo, etiam si potentissimus esset in orbe terrarum Monarcha. Quid enim prosunt diuiti diuitiæ, & potentia suæ, mille modis cogitationum distracto, & omnia fastidienti: quæ vitia fluunt ex appetitu, qui nullis potest diuitiis satiari? Quid prosunt vestes pretiosæ? quid mensa delicata? quid promptuaria plena, & similia, ad leuandum dolorem, & amaritudines in animo astuantes? Diues cum omnibus diuitiis suis iacens in lecto centies vna se nocte voluit, & reuoluit, nec dormire potest, eò quod non habet, quæ appetit, & metuit ne quæ habet auferantur. Ex omnibus ijs quæ dicta sunt hactenus id conuincitur, ut scias quantopere ad seruiendum Deo sis obligatus, non tantum ob debitum huius beneficii, sed etiam ob complementum nostræ felicitatis.

TERTIVS TITVLVS.

QVOMODO SVMVVS OBLIGATI

Domino Deo ratione beneficii conseruationis, & gubernationis.

CAPVT III.



NON tantum homo obstrictus est Domino Deo suo propter beneficium creationis, sed & propter beneficium conseruationis: ipse enim est qui te fecit, & postquam te fecit, etiam conseruat, ita ut dependeas à manibus diuinis, & non magis queas viuere sine illo, quàm esse sine illo, antequam creatus esses. Non est minus beneficium hoc illo priore. Illud enim semel tantum tibi factum est, hoc autem semper repetitur, & quotidie Dominus aliquo modo te denuò creat: semper enim conseruat, quem semel creauit. Nec minor potentia, nec amor requiritur minor in vno quàm in altero. Si tu itaque debeas illi tantum, quia te in momento creauit, quanto plus debebis illi, eò quod iugiter te conseruat? pedem non moues, quem non ille motet, oculos nec aperis, nec claudis sine illius auxilio. Et si non credideris Deum tua mouere membra, cum tu moues, non es dignus qui Christianus voceris: si autem credideris, eum tibi haugratiam præstare, atque insuper illum audeas offendere, nescio quo te nomine appellabo. Dic mihi, si homo quispiam staret in excelsa turri, atque ille alium manu teneret hominem ex tenui pendente filo: auderetne putas ille, qui eo se in casu constitutum videret, detinentem se conuictiari, seu calumniari? Si tu itaque sustinearis à voluntate diuina, tanquam si à filo subtilissimo pendeas, ut si forte manum suam non nihil retrahat Deus, necessariò in nihilum recidas, quomodo possibile est, ut ad iram audeas Diuinam illam maiestatem prouocare, quæ te sustinet, eo ipso tempore, quo tu illam offends? Etenim (quem admodum B. ille Dionysius ait) Virtus summi boni tam est excellens, ut creaturæ, quando sunt immorigeræ, etiam esse & posse, quibuscum illi reluctantur, accipiant ab illius immensa Virtute, ut sint & repugnare possint. Quod cum ita sit, quomodo tu audes offendere cum tuis membris & sensibus illum Dominum, qui te conseruat? O ingentem cæcitatem, o intolerabilem rebellionem, quis vnquam tam impudentem vidit coniurationem? membra insurgunt aduersum caput, à quo vita & mors illorum dependet. Veniet ille dies, quo iniuria hæc manifestabitur, & honoris diuini querelæ audientur. Vos ne in Deum coniurastis? Iustum est ut totius mundi vniuersitas in vos iterum conspiret, & Deus omnem armet Sap. 5, 18 creaturam, in illius iniuriæ vindictam, omnique terræ circumferentia militet contra ingratos, & beneficii

Omnia nihil sunt sine Deo.

Act. 17.

Simile.

Dionys. de mystica Theol. c. 4.

Sap. 5, 18.

cum

cium hoc Dei non agnoscentes. Aequum enim est, ut illi, qui noluerunt oculos aperire dum tempus esset, atque inuitarentur à tanta diuinorum beneficiorum multitudine, æquum est inquam, ut illorum oculi multitudine tormentorum aperiantur, quæ nunquam finem sunt habitura. Sed quid fiet, si precedentibus addamus mensuram huius mundi tam opulentam, & tam abundantem, quam Dominus in usum tuum creauit?

Omnia in usum hominum creata.

Quicquid sub celo reperitur, aut est in usum hominis, aut in usum eius rei, quæ homini famulatur: Si enim homo non vescatur (ut ita dicam) muscis, quæ in aëre volitant, vescitur tamen alijs auibus, quæ muscis istis sustentantur: & si non manducat herbas agrestes, manducat nihilominus bestias variarum specierum, quæ herbis istis aluntur. Volue & reuolue oculos in omnes mundi plagas, & videbis quam spatiosi sint diuitiarum tuarum termini, & hereditas tua quam sit opulenta. Omne quod graditur in terris, quod natat in aquis, quod volitat per aëra, quod splendet in celo, tuum est. Omnia autem hæc beneficia Dei sunt, & opera illius prouidentia sunt specula pulchritudinis, testimonia misericordiae, scintillæ charitatis, & præconia illius liberalitatis. Vide quot concionatores ad te mittit Deus, ut illum cognoscas.

Aug. lib. 10. confess. c. 6.

Omnia quæ sunt in celo & in terra, dicit B. Augustinus, mihi dicunt, ut amem te Domine mi, & non cessant idem omnibus acclamare, ut nemo possit excusari.

Expositio elementorum cum homine.

Si habeas aures ut intelligas voces creaturarum, senties manifestè, quomodo omnia tibi simul præcipiant Deum, ut diligas. Omnes enim ille tacendo clamant, se in tuum esse factas ministerium, ut tu, tam pro te, quam pro illis, illarum & tuo Domino seruires. Cælum dicit, Ego tibi lucem interdiu Solis, & noctu Lunæ Stellarumque beneficio subministro, ne in tenebris ambules, & varias influentias dimitto, ut crescant & nascantur diuersæ res, ne tu fame moriaris. Aër dicit, Ego ut in me respices me accommodo: ego te refrigero: ego calorem tuum internum tempero, ne te consumat, habeo in me voluerum genera diuersa, ut illorum varietate & pulchritudine oculi tui, aures verò cantu, & palatum tuum illorum gustu oblectetur. A qua dicit, Ego tibi pluuijs & imbribus meis statutis anni temporibus seruiro: fluminibus quoque & fontibus meis, ut te refrigeres: varias piscium species produco, & nutrio, ut tibi sint in cibum, sementem tuam, hortos, & arbores fructiferas tuas irriro, ut omnibus illis nutiaris. iter tibi præbeo per medium maris, ut toto orbe queas negotiari, & diuitias tuas cum diuitijs alterius orbis, vel hemisphærij, tibi sit integrum coniungere. Quid putas terra dicit, quæ communis omnium mater est, & quasi officina, seu taberna omnium rerum naturalium? Illa sanè non absque ratione dicit: Ego te inutile pondus sustineo: ego te quasi mater in vlnis porto, ego tibi de necessarijs prouideo: ego te fructibus viscerum meorum sustento: ego communionem, seu participationem habeo cum omnibus alijs elementis, cum omnibus celis, & singulis influentijs elicio, & beneficia ad fructificandum tibi percipio. Ego denique, bonæ matris instar, nec in vita, nec in morte te derelinquo: in vita enim, ut pedibus me conculces, patior, teque sustento, & in morte locum tibi quietis præbeo, inque visceribus te meis recondo. Quid multis? vniuersus orbis elata voce clamat, Aspice quanto te Dominus & Creator metis amore prosequatur, qui me amore tui creauit, & voluit ut ego tibi seruirem propter illum, & tu vicissim amares illum, & seruires illi, qui me propter te, & te propter se creauit.

Hæ sunt, ô homo, voces omnium creaturarum: attende nunc quod nulla potest esse tam iniqua stultas, quam nolle audire voces istas, & esse tantis bene-

ficijs ingratum. Si acceperis beneficium, solue debitum gratitudine, ne ingratorum supplicio multeris. Singula namque creatura (ut non male dixit quidam Doctor) tribus verbis hominem compellant. Accipe, Tribus verbis nos creauit & compellant. redde, caue: hoc est, accipe beneficium, redde debitum, caue (nisi reddideris) supplicium.

Ut autem vehementius adhuc admireris, vide quomodo in cognitionem huius Theologiæ Epictetus Epictetus. quondam Philosophus, cuius ante mentionem fecimus, deuenerit: qui voluit, ut in omnibus rebus creatis audiamus, & videamus Creatorem, dicens: Cum coruus crocitat, & voce sua demonstrat aliquam temporis mutationem, non est coruus qui tibi hoc prædicit, sed ipse Deus. Et si per humanam vocem admonearis aliqua de re, nonne similiter Deus est, qui creauit hominem, & dedit illi facultatem, ut potens sit admonere? ut scias quod diuina potentia nunc per vnum, nunc per alterum medium operatur, ut facere liceat quantum ipsa velit? quando enim res, quas nobis vult significare, sunt magni alicuius momenti, facit ut à dignioribus, & nobilioribus legatis edicantur. Porro & idem Philosophus pergit: Tandem cum consiliorum meorum lectionem absoluisi, dices tibi ipsi: Hæc mihi dicta non sunt ab Epicteto Philosopho, sed à Deo, vnde enim nisi ab eo dicendi consecutus est facultatem? Non igitur ille, sed Deus mihi per illum nuntiavit. Hucusque Epictetus. Quomodo erit Christiano dignus is nomine, qui erubescit eò peruenire, quò homo Ethnicus peruenit? Turpe sanè est oculis fidei claritate illuminatos non videre hoc, quod oculi in tenebris rationis positi viderunt.

Ex supradictis colligi, quam indigna res sit, non seruire Domino Deo.

His ita sese habentibus, quod quæso erit ingrati- tudinis pelagus, in mari tantorum beneficiorum natare, & ne semel recordari, à quo ista beneficia cõferantur? Dicit B. Paulus, qui inimico suo be- Rom. 12, 20. nefacit, carbores ignis congeret super caput eius. Itaque si cunctæ creaturæ mundi huius sunt peculiaria Dei beneficia, quid erit vniuersa hæc mundi machina aliud, quam ignis tot lignorum seu fascium, quot sunt in orbe creaturæ? Quod itaque cor tam durum & insensibile, ut in medio ignis huius positum, non ardeat, imò calorem non sentiat? Est ne possibile Christiane, ut qui tot sine intermissione beneficia percipis, oculos ad cælum aliquoties non tollas, ut videas quis sit ille, qui tibi tot bona largitur? Dic mihi, quod si contin- gat te in itinere fatigatum ad pedem alicuius turris quiescere, fameque & siti plurimum affligi; sit autem in turri quispiam, qui cibum & potum tibi quantum petis demittat; possesne te continere, quin oculos nonnunquam eleuares, ut videas quis ille sit, qui tam bene de te meretur? existimo sanè quod non posses. Quid aliud facit Deus tecum de celo suo excelsso, nisi quod sine intermissione pluat in te sua beneficia? Da mihi rem aliquam vel paruum vel magnam, quæ cælitus non datur, ex speciali Dei prouidentia. Quare igitur oculos non aliquoties tollis in cælum, ut agnoscas, & diligas tam liberalem Dominum, & continuum benefactorem. Quid aliud sibi vult ista incuria, nisi quod ostendunt homines se naturam propriam exuisse, & in bestias irrationabiles degenerasse? Turpe est nos bestiis similes factos velle dicere: æquum tamen est, ut de hominibus secundum merita ipsorum loquamur. In hoc enim porcis similes facti sumus, pascentibus sub ilice, qui cum ipsorum pastor arborem ascendit, & scutica, vel baculo glandes excutit, occupati sunt tantum manducando, grunniendoque: coniscantes, & se inuicem à pabulo prohibentes: non animaduertunt quis cibum hunc ipsis largiatur, neque norunt suspicere, ut videant à cuius mani-

Homines porcis similes.

manibus istud beneficium descendit. O pecuina in-
gratitudo filiorum Adæ, qui cum habeatis præter
lumen rationis erectos ad sidera vultus, non vul-
tis tamen cum oculis corporis etiam illos mentis in
celum eleuare, vt videatis, agnoscat, & gratias
agatis ei, qui tanta vobis beneficia largitur. Puta-
ne placere Deo, vt homines etiam a bestiis ratio-
ne superentur? Lex enim gratitudinis tam genera-
lis est, & Deo tam amica, vt ipsis feris hanc impres-
sam voluerit inclinationem, vt aperte videmus in
pluribus exemplis. Quid ferocius leone? & tamen

Vide Aulii
Gellium
lib. 5. cap. 14.

Leonis gra-
tutudo in-
signis.

Appion lib.
5. Egyptiac

Appion Polyhistor scribit. Androdon Dacum ser-
uum viri consularis, iniquis domini & quotidianis
verberibus, ad fugam in Africa coactum: & vt tu-
tiores essent eius labe, in camporum & arca-
rum solitudinem concessisse: specum autem quan-
dam natum remotam, in eam se recondidisse. Non
ita multo post, Leonem venisse debili vno & cruen-
to, pede, gemitis edentem, & murmura dolorem
vulneris commiserantia. Territus, initio serui ani-
mum, sed leonem tandem mitem, & mansuetum
accessisse, & sublatum pedem ostendisse seruo, qua-
si opis petenda gratia visus est. Androdon (vt ait Ap-
pion) stirpem ingentem vestigio pedis eius haren-
tem, reuulit, conceptamque saniem vulnere inti-
mo expressit. Leo Androdon opera & medela leua-
tus, pede in manibus eius posito, recubuit, & re-
quieuit. atque ex eo tempore triennium totum ser-
uus & leo in eadem specu, eodemque victu vixerunt.
Nam quas venabatur feras leo, membra opimio-
ra ad specum Androdon suggerat: quæ ille Sole
meridiano (ignem enim copiam non habebat) tor-
rens, edebat. Androdon tandem eius vitæ pertasus,
absente leone fugit, & captus, Romamque ad do-
minum suum perductus, ad bestias damnatur. Cap-
itur interea & leo, Romamque aduehitur, & ad
pugnam cum Androdon emittitur. Hunc ille leo ubi
vidit procul, repente quasi admirans stetit, ac de-
inde sensim atque placide tanquam nosciturus
accedit. Tum caudam more atque ritu adulantium
canum clementer & blandè mouet, cruraque & ma-
nus lingua leniter demulcet. Androdon inter illa tam
atrocis feræ blandimenta animum recuperat, tan-
demque leonem agnoscit, & læti ambo visi sunt. Hac
de causa liberatur & homo & leo, qui & homini suf-
fragijs populi donatur. Postea Androdon leonem
loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas du-
xisse, donari æ Androdon, & floribus spargi mul-
to tempore Leonem, totius popul. Rom. testimo-
nio probat Appion. Sed & Hælipis quidam, Samius
natione, in Africam delatus, naue iuxta littus stan-
te, conspecto leone hiati minaci, arborem fuga pe-
tit. Sed procumbens ad arborem leo, hiatu quo ter-
ruerat miserationem quærebat. Os morsu validio-
re adhaeserat dentibus, cruciabatque inedia. Hælipis,
re animaduersa, descendens tandem euellit os præ-
bentis, & quam maxime accommodanti, & quam-
diu nauis in littore stetit, gratiam Leo retulit ad-
iutori suo, & venatus aggerens, omnes qui in na-
ui erant suis prædis cibauit. Non minus admiran-
dum est illud, quod de alio quodam leone memo-
riae proditum est, qui cum dracone quodam dimi-
cabat, a quo mirum in modum affligebatur, ad-
eò vt de vita periclitaretur, superuenit fortè for-
tuna quidam Eques, venationi intentus, is accu-
rens leoni opem fert, & draconem interficit. Ob quod
beneficium leo Equitem secutus est: nec vnquam
postea dereliquit. & quando Eques venatum ex-
ibat, leo suas partes agebat. Cum autem Eques
natum conscenderet sine leone, leo videns se à do-
mino derelinqui, in mare se proiecit, & natan-
do nauem inscucus est: sed nimio labore defes-

sus, in aquis suffocatur, nullo auxilio præuentus.

Quid de fidelitate & equorum gratitudine dice-
mus? Refert Plinius de quibusdam equis, qui mor-
tuos dominos luxerunt: de alijs, qui lachrymas desi-
derio fuderunt. Interfecto Nicomede Rege, equus
eius inedia vitam finiuit. Quidam mortem domini-
orum suorum calcibus, morsuque vindicarunt. Sic
Scytharum Regulo quodam occiso, cum victor ad
spoliandum interemptum hostem venisset, ab equo
eius ictibus, morsuque confectus est.

Equorum
gratitudo.

Plin. lib. 8.
cap. 42.

Leuia sunt hæc, si cum fidelitate, amicitia, & grati-
tudine canum conferamus, de quibus idem Plinius
admiranda commemorat. Pugnasse aduersus latro-
nes canem scribit, confectumque plagis, occiso domi-
no, non recessisse: volucres & feras ne cadauer lace-
rarent abegisse. Canem, lacone Lycio interfecto, ci-
bum capere noluisse, inediaque consumptum esse.
Sed & aliud refert, præ omnibus admirandum, quod
Appio Iunio, & Publio Silio COSS. Romæ suo æuo
accidisse testatur. cum in quendam ex causâ Neronis
Germanici filij animaduersum esset, canis illius nec à
carcere abigi potuit, nec à corpore recessit: Abiecto
verò in gradibus Gemonijs domino suo, mæstos edi-
dit ululatus, magna populi Rom. corona circumstan-
te. Sed audi mirabiliora. Cum quidam ex circumstan-
tibus cani cibum obiecisset, canis ad os defuncti do-
mini tulit. tandem cum ex sententia Iudicis cadauer
in Tiberim esset abiectum, illud sustentare canis ne
submergeretur conatus est. Quid potest esse maiori
dignum admiratione? Henrici Aucupis Imperatoris
tempore, canis quidam in palatio Cæsaris hostem sui
domini agnoscens, accurrit, rapidoque morsu dexte-
ram illius præmordet, & quasi re præclare acta, cauda
palpitante ad suos redijt. Mirantibus cunctis, cum ab
his qui aderant, qui mutilatus erat, quæ re canem læ-
sisset, interrogaretur? confessus est se dominum canis
illius corpore defesso dormientem, multum relu-
tante cane, sed frustra, clam occidisse.

Canum gra-
tutudo.

Plin. lib. 8.
cap. 40.

Ditmarus
Chronica
sui lib. 1.

Si itaque bestia, in quibus nulla est ratio, sed tan-
tum scintilla quædam naturalis cuiusdam instin-
ctus, per quam beneficium agnoscunt, tam grates sint,
& in omnibus quibus possunt auxiliantur, obediunt,
& seruiunt benefactoribus suis: homo, qui tanto lu-
mine ad agnoscenda percepta beneficia insignitus
est, qui fieri potest, vt tam incurius sit, & tam fa-
cile obliuiscatur illius, a quo tanta illi profunt be-
neficia? Estne possibile, vt sese in lege humanitatis,
fidelitatis, & gratitudinis a bestiis superari patiatur?
præsertim cum infinitis modis maiora sint quæ ho-
mo percipit a Deo, quam quæ bestia possunt ab ho-
minibus expectare: cum etiam & persona quæ dat,
& amor ex quo dantur, & intentio qua dantur ea
quæ dantur, multò sint excellentiora, quodque Deus
non dat vt lucrum inde expectet, sed ex sola gratia &
charitate? Stupenda sane res est, quæque perspicue fa-
tis arguit, esse quoddam genus Daemoniorum, qui
excitant nostrum intellectum, indurant nostram vo-
luntatem, & memoriam perturbant, vt tanti bene-
factoris non recordemur. Porro si tantum scelus sit
huius Domini non meminisse, quale quæso, & quan-
tum erit, etiam hunc offendere? & ipsis eius beneficijs
offendere? Primus gradus ingratitudinis, ait Seneca,
est, beneficia beneficijs non compensare; secundus,
benefactoris obliuisci; tertius, maleficere huic, qui
tibi bene fecit, atque illud indignissimum esse vi-
detur: sed quanto adhuc illo indignius erit, si quis
benefactorem, ijs ipsis beneficijs, quæ ab illo accepit,
offendat, & beneficia in iniuriam benefactoris con-
uertat? Nescio profecto an homo quispiam in mun-
do possit reperiri, qui alteri homini faciat, quod ple-
rique audent facere ipsi Deo. Quis erit homo quan-
tumcunque perniciosus, & impius, qui cum amplius

Varij ingra-
tutudinis
gradus.

Simile.
Iima

Simile quid
de Henrico
Leone Duce
Saxonia re-
fertur.
Vide Saxo-
nia Krant-
zii lib. 6.
cap. 34.

AD VIRTUTEM NOS OBLIGARI
ratione beneficii inestimabilis nostrae
Redemptionis.

CAPVT IIII.



OST beneficia Creationis & Conseruationis, sequitur inestimabile beneficium Redemptionis. Ad agendum de hoc beneficio, me profecto tam indignum, tamque ineptum reperio, vt unde incipiam, aut vbi desinam, prorsus ignorem. nescio quid dicam, nescio quid tacere debeam. Si pigritia vel hominum aecidia non opus esset hoc titulo, ad bene viuendum, praestaret altitudinem huius mysterij in silentio adorare, quam duritia linguae nostrae (vt ita loquar) obscurare. Veterum scriptis memoriae proditum est, celeberrimum quendam pictorem, cum exequias filij cuiusdam Regis depingeret, in circuitu funeris multos ex cognatis & affinis altantes maestis & afflictis vultibus infixisse; matrem etiam adiunxisse, multo ceteris tristitorem. Cum ad delineandum patrem ventum esset, artificiosa quadam vmbra illius faciem texit; volens significare, artem hic defecere, quo nouo inuento doloris magnitudinem expressit. Si itaque omnis nostra scientia non sufficiat ad explicandum Creationis beneficium, quae lingua, quae facundia, quae eloquentia poterit Redemptionis beneficium digne satis explicare? Deus omnia solo voluntatis suae nutu creauit, sed pro Redemptione humana annos triginta tres defudauit, sanguinem suum effudit, nec membrum, nec sensum habuit vllum, qui non peculiari suo dolore cruciabatur. Iniuria videtur fieri tam glorioso mysterio, si quis illud humana lingua exprimere se posse arbitretur.

Quid igitur faciam? loquar, an tacebo? tacere non debeo, loqui non possum. Quomodo fieri posset, vt misericordiam tam immensam tacerem, & quomodo mysterium tam adorandum & sublime potero explicare? tacere ingratitude est, loqui temeritas dici potest, & praesumptio. Quare o Deus meus, obsecro immensam tuam pietatem, da, vt quamdiu ego rudi meo ingenio de tua loquar gloria, ad illam declarandam & amplificandam; illi spiritus beati, qui sursum sunt in caelis, qui te laudare non solum, te laudent & glorificent propter: vt mecum laborent in hoc opere, quod ego maiorum cum temeritate, quam ingenij felicitate aggredior, & subministrant nobis in quibus studia nostra deficiunt.

Postquam homo creatus esset, atque in loco delictarum constitutus, in summa dignitate & gloria, nec non & tanto arctioribus vinculis Deo esset obligatus, quanto ab illo maiora acceperat beneficia, immorigerus fuit, & rebellauit: & ex ipsis rebus, e quibus maiores amandi Creatorem sumere debebat causas, ex ipsidem maiores captauit occasiones proditiōnis. Propterea Paradiso exterminatus est, & in exilium e cētis, imo & infernalibus penis additus; vt qui factus erat Diabolo socius in peccato, eidem esset & socius in supplicio. Dicebat Helizeus Propheta seruo suo Giezi. *Accepisti argentum & vestes à Naaman: sed & lepra Naaman adhaerebit tibi, & semini tuo usque in sempiternum.* Simile fuit iudicium Dei aduersus hominem, qui cum affectasset opes & diuitias Luciferi, (eius scilicet superbiae & ambitionem) aequum erat vt lepra eiusdem Luciferi, quae poena illius superbiae fuit, interficeretur. Ecce igitur hominem Diabolo similem factum, eius culpae imitatorum.

Cum igitur homo tam abominabilis esset in oculis diuinis, tantamque Dei indignationem incurrisset, benignissimus ille Dominus non dedignatus est res

Simile.
Val. Max.
lib. 2.

Initium perditionis humanae.

4. Reg. 5, 27.

Simile.

Homines
Dei donis
abuti in in-
iuriam de-
bent.

Iob 24, 14.

simia dona à Rege aut Principe quopiam accepit, ipsi confestim exercitum conscribit, vt Regem oppugnet? Et tu infelix homo, cum ipsi beneficijs, quae largitor omnium bonorum Deus tibi contulit, illi bellum moues, illum oppugnas? Quod maius flagitium posset excogitari? Nonne scelus est intolerabile, si mulier maritata omnia sua monilia, annulos, torques, inanes, & armillas, quae maritus illi donauit, vt his ornaretur, & sibi placeret, adultero quidam det, vt ipsum in amorem sui pelliceat? Nō puto quicquam in mundo posse excogitari magis execrandum, & tamen iniuria illa sit homini ab homine, sit aequali ab aequali. quanto verò maius & turpius est, si tanta iniuria ipse Deus afficiatur? Et quid aliud faciunt homines quotidie, cum fortitudinem, robur, sanitatem, & diuitias, quas ipsis Deus largitus est, in opera mala, & turpissimas actiones profundunt? Fortitudine magis intumescunt; pulchritudine maiorem gloriam aucupantur; sanitate Dei facilius obliuiscuntur; diuitijs sunt auariores & audiores ad sanguinem pauperum exugendum, diuitijs diuitias accumulare student, corpora sua praeter modum comunt & ornant: virginitati & pudicitiae foeminarum insidiantur, & faciunt vt illae, tanquam alter ludas, sanguinem Christi diuendant; illi verò tanquam ludaei pacto pretio mercantur. Et quomodo digna satis oratione reliquorum beneficiorum abutuntur? Aqua feruit illorum gula: pulchritudine creaturarum ad suam libidinem abutuntur; fructus & bona terrae famulantur ipsorum auaritia: Gratiae & habitus naturales augent superbiam: nimia prosperitate dementantur, & aduersitate sic mouentur, vt animae faciant iacturam, & damnationem incurrant.

Mane primo consurgit homicida, interficit egenum, & pauperem: nox verò commodae est illis ad tegenda furtiva, vt scribitur in Iob. Denique quicquid Deus creauit ad suam gloriam, illi in instrumenta suae dementiae, atque furoris conuertunt. In miseriarum abyssum intraret, si quis vellet exacte commemorare aquas ipsorum distillatas, odores, fumigationes, vestimenta, aulae Babylonicae: & varia eduliorum genera, elixa, tosta, assa, frixa, milleque alias superfluitates, de quibus (vt peccandi maior sit scientia) non tantum scripti sunt integri libri, sed etiam impressi. adeo exulat omnis apud nos verecundia, tantasque vires carnis illecebrae acquisierunt. Omnibus his rebus pretiosis, pro quibus Domino Deo gratias immensas debemus, vtuntur tanquam irritamentis suarum luxuriarum: vsum omnium creaturarum Dei peruerterentes, facientesque instrumenta vanitatis, ea quae instrumenta debebant esse virtutum. Omnia denique, quae in mundo sunt, carnis suae delitijs deuouerunt; nihil autem proximo, quem tamen Deus tam serio ipsis commendauit. Cum enim dandum est proximo, tunc solum pauperes sunt, tunc se multa debere recordantur; in ceteris omnibus nec debent cuiquam, nec deest illis quicquam. Ne itaque patiari frater, vt in horam vsque mortis onus tam periculosum tibi impositum remaneat; quod quanto maius erit, tanto etiam strictior eius a te ratio exigetur. Quod Deus multa dat ei, qui ingratus est, genus quoddam iudicij est: cum autem dat ei, qui etiam beneficijs abutitur, iudicium est reprobationis. In hoc enim omnem nos pudorem exuisse demonstramus, bestia namque in hoc virtutis genere nobis praesent, multoque suo benefactori, quam nos, sunt gratiores. Quapropter si Niniuita insurgent contra Iudaeos in extremo iudicio, eosque condemnabunt, eo quod Christi concionibus ad poenitentiam non sunt permoti; caueamus nobis, ne Deus propter bestiarum exemplum nos condemnet, eo quod amant illa benefactorem suum, quem nos non amamus.

Matt 12, 41.
Luc 11, 32.

Mysterium
inmortalitatis
mirabi-

S. Bernard.
serm. de Na-
tuit
Hodie scie-
tis.

Nobis ipsam
redemptio-
nem, sed ob
modum
eius nos Deo
obligatos es-
se.

spicere, non ad iniuriam aeterna suae Maiestati fa-
ctam, sed ad infortunium nostrae miseriae: magis con-
dolens nostro erroris, quam vindictae cupidus, ob il-
lam tibi contumeliam: statuit hominem reparare,
& sibi illum reconciliare, vniuerso suo Filio media-
tore. Sed quomodo hominem sibi reconciliauit? Quae
lingua humana nobis hoc enarrabit? tantam Chri-
stus inter nos & Deum conciliauit amicitiam, ut non
tantum Deus homini culpam omnem ignouerit, in
gratiam suam receperit, vnum idemque secum amo-
ris quodam glutine fecerit, sed (quod omnem ma-
gnitudinem transcendit) tantam inter se & huma-
nam naturam similitudinem fecit, ut in omnibus re-
bus creatis nulla maior inueniretur conformitas,
quam sunt Deitas & humanitas: non enim vnum
idemque sunt in amore & gratia, sed & in persona.
Quis vnquam vel sperare ausus fuisset, vultus illud
tam late patens, hoc modo obductum iri? Quis vn-
quam imaginari potuisset, duas res istas, inter quas
tanta fuit & naturae & culpae differentia, tam arcte
coalescere potuisse, non in vna domo, non in men-
sa, non in vna gratia, sed in vna eademque persona?
Quae duo maiora dari possunt contraria, quam Deus
& peccator? & quae duo arctius sunt nunc combina-
ta, quae magis commixta, quam Deus & homo? Non
est quicquam Deo sublimius, (ait Bernardus) & non
est vilius quicquam & humilior luto, ex quo homo
formatus est. Nihilominus tanta cum humilitate
Deus in terram descendit ad hominem, & cum tan-
ta sublimitate terra ascendit ad Deum, ut quicquid
Deus fecit, id terra fecisse, & quicquid terra pertulit,
id Deus pertulisse dicatur. Quis dixisset homini, cum
nudus erat, atque se iram Domini incurrisse noue-
rat, cum latebras in Paradiso quarebat, in quibus se
se absconderet, quis inquam tunc illi dixisset, tem-
pus aliquando adfore, quo substantia haec tam vi-
lis Deo esset vnienda, in vna eademque persona?
Vnio haec tam arcta, tam fidelis fuit, ut cum iam ef-
fet dissoluenda (quod fuit tempore passionis) po-
tius rupta sit, quam defecere. Potuit quidem mors
animam separare à corpore, quae erat vnio naturae:
Deum autem nec ab anima potuit, nec à corpore
diuellere. quod enim semel ex amore tam for-
ti apprehendit, nunquam deseret. Haec est illa pax,
haec illa salus, quam recepit beneficio nostri Me-
diatoris & Saluatoris.

Quamuis verò tales ac tanti debitores sumus, pro-
pter hoc beneficium, vtnulla humana possit eloqui
lingua: non minus tamen obligati sumus Deo, ob
modum Redemptionis, quam ob ipsam Redemptionem.
Sum quidem summo iure tibi obstrictus, Do-
mine mi, eo quod me liberaisti ab inferno, meque
tibi reconciliauisti, multo vero maiora tibi debeo;
propter modum ipsum, quo me liberauisti quam
propter ipsam libertatem, in quam me asseruisti.
Omnia opera tua in cunctis sunt mirabilia, & li-
cet existimet homo cum vnam rem considerauerit,
non superesse, quod ad admirationem addi posset,
nec super sit illi amplius spiritus; confestim omnis
stupor ille euanesceat, cum oculos ad aliud contem-
plandum voluit. Non diminuitur gloria tuae magni-
tudinis Domine, si vnum admirabile aliud expellere
videatur: sed sunt haec maioris tuae gloriae indicia.

Sed quod fuit medium, Domine mi, quo mala
mea tollere voluisti? infinita erant media, quibus
opem mihi ferre, & perfectam donare salutem po-
tuisi, sine labore & sine villo pretio: nihilominus tam
ingens, tanque admirabilis est tua liberalitas, ut ad
demonstrandam mihi manifestius magnitudinem
tui amoris & bonitatis, volueris mihi auxiliari cum
doloribus tam magnis, ut illorum sola cogitatio suf-
ficiens fuerit, ad sanguineum sudorem omnibus tuis

Granatens. Opus. spiritual.

membris exprimendum; & passio ipsa paulò post
durissimas petras pro dolore sciderit. Celi te lau-
dent, Domine mi, & Angeli tui praedicent mirabi-
lia. Quid bonorum nostrorum egebas? aut aliquod
tibi praedictum erat ex malis nostris? Si peccaueris, inquit Iob, quid ei nocebit? & si multiplicata fue-
rint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro si
iuste egeris quid donabit ei, aut quid de manu tua acci-
piet? Iste Deus tam diues, tam omnis mali expers; il-
le cuius diuitia, cuius potentia, cuius sapientia non
potest crescere, aut maior esse quam est: ille qui nec
ante, nec post mundi creationem aut maior: aut mi-
nor fuit, quam nunc est: ille qui nec eo quod Ange-
li laudem ipsi concinunt, nec quia homines illum
glorificant, fit illustrior, nec minus gloriosus fieret,
etiam si omnes illum creaturae damarent, & blas-
phemarent; magnus ille Dominus, non ex neces-
sitate, sed mera charitate, non obstante, quod inimici il-
lius eramus, non indignatus est celos suae magni-
tudinis inclinare, & in hanc miseriarum vallem de-
scendere, nostrae mortalitatis exuijs indui, omnia-
que debita nostra in se suscipere, ad ea delenda maio-
ra pati tormenta, quam quisquam passus est vnquam,
aut pati poterit in futuro.

Ah Domine mi, propter amorem mei natus es in
stablo, & positus in praesepe, pro me die octauo cir-
cuncisus es, pro me in Aegyptum fugiens septennio
integro exulasti, & pro me persecutiones varias susti-
nuisti, infinitisque iniurijs lacessitus es. Propter amo-
rem mei ieiunasti, vigilasti, huc illuc discurreisti, su-
dasti, lachrymatus es, omnesque miseras, quas mea
meruere peccata, ipsa experientia probasti: cum ta-
men absque omni peccato esses, nec dolus in ore tuo
inueniretur: cum non offendisses, sed offensus esses.
Tu denique propter me captus, à tuis relictus, nega-
tus, venditus, nunc huic, nunc illi iudici pro tribunali
sedenti praesentatus, coram ipsis falso accusatus, ala-
pis caesus, conspuitus, illusus, flagellatus, spinis coro-
natus, blasphemijs lacessitus, in crucem actus, mor-
tuus & sepultus. Tandem ab omni me malo vindi-
casti, moriens in cruce, & vitam inspectante matre
abrupens: quo tempore in tanta miseria & inopia
inuentus es, ut in intolerabili siti tua, aqua tibi guttu-
la fuerit denegata, qua posses ardorem oris refrige-
rare. Non tantum ab omnibus rebus externis, sed
etiam à proprio Patre fuisti derelictus. Quid maiori
dignum admiratione, quam Deum tanta Maiestatis
in maledicto Crucis ligno vitam cum titulo male-
factoris finire? Quando homo quispiam, etiam infi-
mae conditionis, ad illud infortunium deuenerit, ut
simili morte ob delictum suum mulcandus sit, tuque
illum forte fortuna agnoueris, videns vultum illius,
non poteris sanè satis mirari, considerans in quam in-
felicem sortem praecipitavit illum miseria, ut mor-
tem obire debeat tam diram & ignominiosam. Qua-
propter si res admirabilis sit, videre hominem ple-
beum, conditionisque inferioris, in miserabili hac
calamitate constitutum, quāto quid erit videre non
hominem, sed Dominum omnium rerum creatu-
rum? Potest res aliqua maiori conspici cum admi-
ratione, quam Deum ipsum ob vnus malefactoris fla-
gitia in tantam miseriam adduci? Et si quanto di-
gnior est, & nobilior persona, quae occiditur, tanto
casus eius sit mirabilior & miserabilior: vos, o Ange-
li, quibus tam perfecte cognita est, & perspecta celi-
tudo atque excellentia huius Domini, dicite mihi,
quis dolor vos diseruit? quae admiratio, quis stu-
por vos corripuit, quando illum vidistis à ligno pen-
dentem? Cherubin, quos Deus à lateribus arcae foede-
ris poni iusserat in veteri testamento, se inuicem ver-
sis ad propitiatorium vultibus, tanquam admirabun-
di intuebantur, ut significarent supremos istos spiri-
tus ob-

Magnitudo
excellentiae
Christi.
Iob 35, 6.

Media qui-
bus red-
ptus sumus.

Angelos in
passione Do-
mini admi-
ratos.
Exod. 25.

tus obstupuisse, cum optis tantę pietatis conspicerent, cum inquam Deum mundi propitiatorium, factum in ligno suspensum viderent. Ipsa natura stetit attonita, & omnes creaturę ab officio suo fuere suspensę: Principatus & Potestates celorum contremuerunt: considerantes inestimabilem hanc bonitatem, quam ipsi in Deo cognoscunt: Quid facient igitur illi, qui non natant in vndis tantę admirationis pelagij. Quid facient illi, qui non sunt submersi in istius bonitatis Oceano? Quomodo non potest non a mentis officio dimoueri, tanquam alter Moses in monte attonitus tunc, cum figura & exemplar istius mysterij ipsi reuelaretur, atque ille sublata voce clamaret, *Dominator Domine Deus misericors & clemens, patiens & multa miserationis*, nihil aliud dicere, nihil aliud facere potens, quam alta voce misericordiam illam, quam Deus tunc exhibebat, predicare? quid facierille, qui non operit vultum suum, uti Helias fecit, quando vidit Deum suum transire, non in figura suę Maiestatis, sed in forma profundissimę humilitatis: non subuerterem montes & conterentem petras, infinita sua potentia, sed oculis peruersę gentis presentatum, & petras scindi iubentem pręcompulsione?

Exod. 34. 6.

3 Reg. 19.

Quis igitur oculos intellectus sui non claudet, quis finem voluntatis suę non aperiet, ut sentiat magnitudinem huius amoris, & beneficij: ipsumque Dominum absque vlllo modo & mensura diligit? O altitudinem charitatis, o profunditatem immensę humilitatis, o magnitudinem misericordię, o abyssum incomprehensibilis bonitatis. Si tanta tibi debeam, o Domine, eo quod me redemisti: quid non debeo tibi pro modo, quo me redemisti? Tu me redemisti cum maximis tuis doloribus, cum contumelijs & ignominijs non ferendis, adeo, ut factus sis opprobrium hominum & abiectionis totius mundi. Per tua opprobria me honorasti; per tuas accusationes me defendisti; tuo me sanguine lauasti; per mortem tuam me resuscitasti, & per lachrymas tuas me ab æterno fletu & stridore dentium liberaisti. O bone Pater, qui tam tenerę tuos amas filios, tu es bonus ille & verus Pastor, qui te ipsum gregi tuo das pabulum. O fidelissimę me cultos, qui animam tuam pro ouibus tuis, quas defendendas & custodiendas susceperas, posuisti; quibus ego muneribus tantum tuum beneficium potero compensare? quibus lachrymis planctum tuum? qua vita vitam sanctam & puram tuam remunerabo? Ingens nimis est differentia, inter vitam hominis & Dei; inter lachrymas Creatoris & creaturę.

Quod si, o homo, visum tibi fuerit, non te tantum Deo debere, eo quod pro te solo mortuus non est, sed pro mundo vniuerso; caue ne fallaris, ita enim mortuus est pro omnibus, ut etiam mortuus sit pro singulis. Infinita enim sua sapientia omnes illos, pro quibus patiebatur, sic ante oculos suos habuit presentes, tanquam in vno omnes comprehenderentur, & immensa sua charitate amplexus est omnes in genere, & singulos in specie, sanguinemque suum ita pro vno solo, tanquam pro omnibus effudit. Fuit denique tanta illius charitas, ut (quemadmodum Sancti dicunt) si vnus tantum inter omnes homines, reus fuisset, etiam pro eo solo passus fuisset omne id, quod passus est pro vniuersis. Animaduerte igitur, & cum animo perpende tuo, quantum debeas huic Domino, qui tanta pro te fecit, & qui multo maiora fecisset, si tua necessitas maiora postulasset.

Ex supradictis colligitur quantum nefas est offendere nostrum Saluatorem.

Vellem mihi dicerent omnes creaturę, si quod beneficium maius, si maior obligatio, si gratia maior hoc possit inueniri? Dicant omnes Angelorum chori, si talia Deus vnquam pro ipsis fecerit? Quis erit igitur, qui se ipsum totum in holocau-

stum Deo Domino suo offerre recusabit? Tuis de causis (inquit Anselmus) o Domine, tibi debeo totum quod sum: Primò, quia me creasti, omnia tibi debeo quę in me sunt: Secundò, quia me redemisti, eadem debeo, sed titulo iustiore: Tertiò, quia te ipsum mihi in pręmium promissisti, denuo me ipsum totum tibi debeo. Cur itaque me totum non donabo semel illi, cui tot modis & titulis me debeo? O ingens ingratitudo, o humani cordis duritia: durissimum profectò es, si tot beneficijs non flectaris, si pro tot donis te ipsum non tribuas. Non inuenitur in hoc mundo quicquam tam durum, quod non aliquo artificio molliatur. Metalla igni liquefunt, eodem ferum fit tractabile, adamantis durities hirci sanguine frangitur: at tu, o cor humanum, durius es omni petra, durius ferro, durius adamante: cum nec ignis infernalis duritiem tuam frangat, nec artificio pietatissimi Patris te molliat, nec sanguis Agni illius immaculati te facere queat tractabile.

Duritia cordis humani.

S. Aug. lib. de Virginit. Plinius.

Cum itaque tu, o Domine, tantam bonitatem & misericordiam exhibueris, etiamnum ferendum esse tibi videtur, inueniri aliquem, qui te non diligit? qui tuorum beneficiorum immemor est? imò, quod indignissimum est, qui te offendere non erubescit? Quid amat, qui te non amat? Ob quod beneficium gratus erit, qui se tuis beneficijs exhibet ingratus? Quomodo potero non illum colere, non illi seruire, qui me tantopere admauit? qui tanta diligentia me quaesivit, qui tanto labore me ab omni malo redemit? Si exaltatus fuero a terra, inquit Saluator, omnia traham ad meipsum. Qua violentia Domine mihi quibus catenis cum violentia charitatis, & beneficiorum. In finiculis Adam traham vos, inquit Dominus, & vinculis amoris. Quis non velit libenter tuis funiculis trahi? quis non his catenis vinciri sese permittit? Quis non ligari cuperet, & a tantis beneficijs superari? Sed si tantum nefas sit hunc Dominum non amare, quid erit etiam cum offendere, & illius mandata violare? An possibile sit, o homo, ut habeas manus ad offendendum manus illas, quę erga te tam liberales extiterent, ut etiam pro te cruci tandem affixę fuerint?

Cum lasciuia & impudica ista mulier sanctum Patriarcham Iosephum ad adulterium pelliceret, atque ut domino suo esset infidelis sollicitaret, callus iuuenis sese hoc modo defendit: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestate, pręter te, quę uxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum?* quali diceret: si dominus meus tam bonus & liberalis erga me fuerit, si mea fidei omnia sua crediderit, si me tanto habeat in honore: quomodo possem ego, qui tot beneficiorum vinculis illi sum obstrictus, habere manus ad offensionem tam boni domini paratas? Quo loco notandum est, eum non contentum fuisse, ut diceret, non decet ut illum offendam, aut, non debeo hoc habere, sed dixit. *Quomodo possem hoc malum facere?* &c. significans magnitudinem beneficiorum, non tantum debere voluntate coercere, sed & potenter, & vires etiam Dominum Deum offendendi aliquo modo auferre. Si hoc beneficiorum genus tantam meruerit gratitudinē & beneuolentiam, quid beneficia Diuina non merentur? Homo ille manibus Iosephi crediderat id quod habebat, & Deus tibi quę habet tradidit. Cōfer nunc ea quę habet Deus, cum ijs quę homo ille habebat: & vide quod modis maiora & prettiora his sunt illa? Duplicitia sunt quę a Deo recepisti tu, si cum ijs conferas, quę ab homine illo Iosephus recepit. Dic mihi quāso, quę facultates, quę diuitias habet Deus, quę tibi non communicauit? Cælum, terra, Sol, Luna, stellę, maria, flumina, volucres, pisces, arbores, animalia, omne denique id, quod sub cælo reperitur, in manibus tuis est. non

Genes. 39. 9.

Omnia nobis a Deo donata.

Non pro omnibus tantum, sed & pro singulis passus est Domini.

1. Cor. 3, 22

Deus quot
modis nos
trahit.

Genes. 39.

Ambr. lib. 6.
Hexameris.Canis latro-
nem indicat.Peccata no-
stra Domini
in cruce ege-
runt.

non tantum ea, quae sub caelo sunt, in tua sunt potestate; sed etiam quae supra caelos, gloria nimirum illorum & bona aeterna. *Omnia vestra sunt*, dicit Apostolus, *sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura: Omnia enim vestra sunt*, id est, ad salutem vestram ordinata.

Sed quid si dicam te non solum habere ea, quae super caelos sunt; sed ipsum etiam Dominum omnium caelorum tibi mille modis donari? Ipse tibi datur ut pater, ut tutor, ut saluator, ut magister, ipse tuus medicus est, ille pretium tuae redemptionis, est tibi exemplum, adiutorium, remedium & custodia. Pater denique nobis suum dedit Filium: Filius nobis promeritus est spiritum sanctum, quem Pater & Filius mittit: a quo omnia bona procedunt.

Cum itaque verum sit, Deum omnia quae habet in manus tuas tradidisse, quomodo fieri posset, ut tu manus habeas ad illum irritandum? an existimes rem esse ferendam, ingratum esse patri tam pio, & benefactori tam liberali? Videtur quidem extremum hoc esse nefas; sed si huic ingratitudini adiungas contemptum benefactoris, & iniuriam seu offensam, quale tibi scelus illud esse videbitur? Si adolescens ille (cuius supra meminimus) ita se ligatum, ita se victum deprehenderit, ut impotens fuerit ad offendendum illum, qui omnem domus suae substantiam sibi commiserat: quomodo tu vires in te inuenies, ad offendendum illum, qui tibi caelum, terram & seipsum donauit? Ah infelix homo ipsis bestis ingrator, ipsis feris ferocior, ipsis saxis insensibilior, est possibile, ut tu tanto a scelere non resilias? Quae bellua, quis Leo, quae Tygris, tam benefactorum immemor, ut laedat illum, a quo bene sit ipsi? D. Ambrosius refert de quodam cane, qui noctem integram latrando, & vlulando dominum suum a quodam hoste suo interfectum detestabatur: Mane facti multi homines ad cadaver confuebant, atque inter alios etiam ille, qui hominem interfecerat, accurrit. Canis, viso interfecitore, in illum impetum fecit, insiliensque mordere coepit, atque ita scelus istius ficij detectum est. Quid dices itaque tu, o homo, si canis propter frustum panis tam fidelis sit, tantoque amore dominum suum prosequatur? Adeone tibi placet ingratitudo, ut in gratitudinis lege te a cane superari patiaris? Quod si brutum illud animal tanta ira in domini sui peremptorem exarsit, quare non & tu indignaris his, qui tuum Dominum occiderunt? Qui sunt illi? Peccata tua sunt: haec illum comprehenderunt, haec ligarunt, haec flagellarunt, haec in crucem illum rapuerunt. Tua nimirum peccata, tui Domini necis causa fuerunt. Non habuissent tantas in Christum vires, nec potestatem tantam crudeles isti carnifices, nisi peccata tua illos armassent. Cur igitur non exandescis, cur ferociam non acuis tuam in illos, qui Dominum tuum interfecerunt? Quamobrem, cum videas Dominum tuum ante conspectum tuum interfectum, idque propter te, amor in illum tuus non augetur? peccatisque tuis cur non irasceris, quae morte illi attulerunt? praesertim cum non ignores finem omnium delictorum, factorum, tormentorumque illius alium non fuisse, quam ut iram atque odium aduersus peccata in cordibus nostris excitaret. Ut occideret peccatum, ille mortuus est; & ut potentiam manuum, pedumque nostrorum ad mala prope rantium cogeret, suos cruci voluit affigi. Quae igitur fronte ita viuere audeas, ut omnes labores & sudores Christi pro te vani sint, dum tu in eadem seruitute manere vis, quae te sanguinis sui effusione liberauit? Fieri ne potest, ut ad solam peccati mentionem nostri cōtremissas, cum videas Deum terribilia subisse tormenta, ut illud destrueret atque aboleret? Quid potuit amplius facere, ut homines in peccatum certatim proruentes retraheret, quam vt obuia illis mitteretur

Gramatens. Opusc. spiritual.

ipse Deus in cruce suspensus? Quis adeo remerarius erit, ut audeat Deum offendere, cum ante se videat & Paradisum apertum, & infernum es suum dilatantem? multo tamen maius est illo, Deum videre in cruce pendentem. Qui hoc spectaculo non mouetur, nescio sane quae re alia moueri poterit?

TITVLVS QVINTVS.

QVOMODO AD VIRTVTEM

seclandam obligati sumus ratione Iustificacionis nostrae.

CAPVT V.



VID profuisset nobis beneficium Redemptionis, si Iustificacionis beneficium non fuisset subsecutum, quo mediante virtus illius excellentissimi beneficii nobis applicatur? Quemadmodum enim emplastri nullus est usus, si non applicetur vulneri, vel loco affecto: ita nulla fuisset utilitas celestis illius medicinae, si non hoc beneficio mediante fuisset applicata. Quod officium praecipue pertinet ad Spiritum sanctum, cui attribuitur hominis sanctificatio: Ille enim est qui praeuenit peccatorem sua misericordia, & deinde vocat: vocatum vero iustificat, iustificatum dirigit per semitas iustitiae, atque ita perducit cum dono perseverantiae ad finem sui cursus, donec tandem conferat ei coronam gloriae: beneficium enim hoc omnia haec beneficia in se complectitur. Inter omnia haec beneficia primum est illud vocacionis & iustificacionis, quod est, cum per virtutem diuini huius Spiritus fractis catenis, ruptisque laqueis peccatorum, homo euadit dominium & tyrannidem Diaboli; a morte ad vitam resuscitatur, e peccatore fit iustus, ex filio maledictionis fit filius Dei. Quod fieri nequaquam potest sine peculiari ope & auxilio diuino; id quod apertis verbis testatur Dominus, cum ait: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum*: significans quod nec liberum arbitrium, nec vires humanae naturae hominem a peccatis possunt per se liberare, & ad gratiam perducere, nisi diuina potentia brachium succurrat. D. Thomas in hac verba sic commentatur: Quemadmodum lapis sua natura semper cadit deorsum, nec potest sursum tendere, sine auxilio externo; sic & homo propter peccati corruptelam, (quantum in se est) semper tendit deorsum, hoc est, in amorem & desiderium rerum terrenarum labitur: Si autem erigendus sit, & sursum, hoc est, ad amorem & desiderium supernaturalem rerum caelestium eleuandus, opus est dextera Excellentissimi, atque auxilio diuino. Hac sententia notanda & obseruanda est; per hanc enim homo venit in agnitionem sui ipsius, & intelligit suae naturae corruptionem, cognoscitque, quam necessaria sit diuini subsidij continua petitio.

Igitur (ut ad propositum reuertamur) homo suis viribus e peccato eripi non potest, & ad gratiam reduci: necessario siquidem manus Domini, quae eripiat, requiritur. Sed quis poterit declarare quanta beneficia alia in hoc vno continentur? Cum enim extra controuersiam sit, per hoc medium peccatum ex anima expelli, quod multa in ea mala generat: quantum erit bonum illud, quod omnia ista mala exterminat? Sed cum consideratio illius beneficii vehementer incitet hominem ad gratitudinem, atque virtutis desiderium, obiter hic exprimam maxima bona, quae secum hoc vnicum bonum solet adferre. Primum per illud homo Deo reconciliatur, & ad amicitiam illius reuertitur. Primum enim & maximum omnium malorum, quae parit in anima mortale peccatum, est, quod hominem Deo facit inimicum: qui cum sit infinita bonitas, super omnia peccatum odit

Iustificatio
quid sit.Nemo suis
viribus po-
test iustifi-
cari
Ioan. 6, 44.

Simile.

Iustificatio
quanta bo-
na secum
ferat.I.
Reconciliat
hominem
Deo.

B 2

& exa-

Calms, 5, 6.

& execratur. Ideo dicit Propheta; *Odisti omnes qui operantur iniquitatem; perdes omnes qui loquuntur mendacium*, addit præterea, quod *Deus virum sanguinum & dolosum abominatur*. Hoc maximum est omnium malorum, & cæterorum omnium radix & origo; uti è contrario amari à Deo, maximum est bonorum, causa quoque & fons illorum. Ab hoc tam pernicioso malo per beneficium Iustificationis liberati sumus; per quod Deo sumus reconciliati, & ex inimicis amici illius facti; idque non in comuni amicitie gradu, sed in supremo, qui potest inueniri, patris scilicet erga filium. Hanc amicitiam merito commendat Euangelista Ioannes cum dicit, *Videte qualem charitatem nobis dedit Pater, ut Filij Dei nominemur & simus*. Non contentus dixisse quod nominemur, etiam addit, quod sumus: ut humilitas & exigua illa hominum fiducia aperte cognoscat beneficentiam & liberalitatem diuinam? utque cerneremus non esse illud nomen honoris, aut tituli, sed rei potius & facti. Quod si tantum sit malum, à Deo reprobari & odio haberi: quale bonum erit, ab eo diligi, & in illius gratia commorari? Axioma siquidem Philosophorum est, tanto rem esse meliorem, quanto peius est illius contrarium. Ideoque summum bonum sit illud necesse est, cuius oppositum summum malum est; quale esse diximus, si quis Deo sit exosus. Quod si in hoc mundo magni momenti res esse existimetur, si quis apud Superiores suos, ut apud Pontificem, Principem, Regem, aut similes Magnates in honore sit; quæso quid erit, gratiam inuenisse apud summum Principem, supremum Patrem, & altissimum Dominum, in cuius comparatione omnes huius mundi Principatus & dignitates sunt, tanquam non essent; Quæ quoque gratia tanto maior est, quanto magis gratuito datur: certum enim est, quod quemadmodum impossibile est hominem aliquid facere potuisse antequam creatus esset, quo ut crearetur potuisset promereri; (nondum enim tunc aliquid erat) ita etiam extra dubium est, nihil eum, postquam in peccatum lapsus est, facere posse, quo iustificationem mereatur: non quia non est, sed quia malus est, & Deo exosus.

II.
Per iustificationem homo liberatur ab æterno supplicio.

Isaï 66, 24

Job 10, 21.

III.
Iustificatio interiorat hominem.

Aliud beneficium præcedens illud sequitur, quod hominem liberat à condemnatione supplicij sempiterni: cuius ob peccata sua reus erat. Etenim peccatum facit hominem Deo abominabilem, & nemo potest sine maximo suo damno, extra diuinam gratiam vivere, hinc est ut peccatores relinquentes Deum, qui peccant & contemunt illum, mereantur contemni, & à conspectu Dei submoueri, ab illius consortio, à pulcherrima illius domo extorres: & quia relinquentes Deum amore inordinato diligunt creaturas, æquum est, ut per omnia puniantur, & æterna pena crucientur, cui supplicia visibilia comparata, depicta potius, quam vera esse videntur. Huic tantæ infelicitati accedit etiam vermis ille immortalis, qui semper rodet viscera & conscientiam malorum. Sed quid dicam de societate maledictorum illorum spirituum, & de condemnatis omnibus? quid de obscura & lamentabili illa regione plena tenebris, & confusione disseram? ubi nullus ordo, sed sempiternus inhabitat horror: ubi nullum reperitur gaudium, nulla pax, nulla requies, nulla satisfactio, spes nulla; sed perpetuus planctus & sempiternus stridor dentium, assidua rabies, iugis blasphemia, & æterna maledictio? Ab omnibus his malis liberavit Dominus eos, quos iustificauit, qui omnes postquam ipsi sunt reconciliati, & in gratiam ipsius recepti, liberi sunt ab ista ira, atque à pena illius vindictæ.

Ecce aliud beneficium magis spirituale, quod est reformatio & renouatio hominis interioris, qui per peccatum erat deturpatus, & inordinatus. Peccatum

enim non tantum animam Deo priuat, sed omni etiam spoliatur fortitudine supernaturali, omnibusque diuitiis & donis Spiritus sancti, quibus ipsa erat adornata, compta, & locupletata: mox vero ut gratiarum illarum bonis priuata est, vulneratur, mutilatur, & priuatur etiam bonis naturalibus. Cum enim homo sit creatura rationalis, peccatum autem sit opus factum contra rationem, naturale autem sit, ut vnum contrarium perimat alterum; cõsequens est, ut quanto plus multiplicentur peccata, tanto plus destruantur & perturbentur animæ potentie; non in seipsis, sed in aptitudine operandi. Hoc modo peccata reddunt animam miserabilem, infirmam, pigram & instabilem ad omne opus bonum: promptam verò & propensam ad omne malum ad resistendum tentationibus debilem, & tardam ad ambulandum viam mandatorum Domini. Priuatur etiam illam vera libertate & dominio spiritus: faciuntque captiuam Demonis, mundi, carnis, & propriorum appetituum, atque hoc modo viuunt in captiuitate Babylonica illa & Aegyptiaca duriori. Præterea sensus quoque omnes spirituales animi segnes fiunt, ita ut non audiant voces, atque inspirationes diuinas: non videant maxima mala sibi preparata: non olfaciant suauissimum virtutis odorem, nec exempla Sanctorum pulcherrima; non gustent quam suauis sit Dominus, nec sentiant flagella, nec agnoscant beneficia, quibus ad amorem illius prouocantur; & præter hæc omnia pacem & gaudium conscientie tollunt, feruorem spiritus extinguunt, & hominem relinquunt ruperum, maculat, deformem & abominabilem in conspectu Domini, & omnium Sanctorum illius. Ab omnibus malis istis nos liberat hoc beneficium. Abyssus enim diuinarum misericordiarum non est contenta condonare crimina, & hominem in gratiam recepisse, nisi etiam expellat omnia mala hæc, quæ peccata secum adferunt; reformas, renouansque hominem nostrum interiore. Hoc modo sanat nostra vulnera, abluit nostras fordes, rumpit vincula peccatorum, destruit iugum malorum desideriorum, vindicat nos à seruitute Diaboli, mitigat furorem peruerforum nostrorum affectuum & perturbationum, veramque libertatem, & pulchritudinem animæ nobis restituit: pacem & gaudium bonæ conscientie reddit, viuificat sensus interiores, promptos eos atque idoneos facit ad omne bonum, tardos verò ad omne malum, fortes reddit ad resistendum tentationibus Diaboli, & bonis dicit operibus. Tam denique absolute renouat reparatque interiorem hominem nostrum, cum omnibus suis potentijs, ut Apostolus huiusmodi homines, sic iustificatos, appellet renouatos, & nouas creaturas. Hæc renouatio tanta est, ut cum fiat per baptismum appelletur regeneratio, quando verò per penitentiam, vocetur resurrectio: non solum quia anima à morte peccatorum ad vitam gratia resuscitatur, sed quia quodammodo imitatur etiam pulchritudinem future Resurrectionis. Illud autem adeo verum est, ut nulla lingua humana sufficiens sit exprimere pulchritudinem animæ iustificatæ: solus autem hoc ille nouit Spiritus, qui illam reddit formosam, & templum suum facit, sedemque suam in ea collocat. Quapropter si omnes diuitias huius mundi, omnes eius honores, omnes naturales gratias, omnesque virtutes acquiras, cum pulchritudine & diuitijs animæ iustificatæ conferas, omnia obscurissima, vilissimaque in illius comparatione videbuntur. Quanta enim est differentia inter celum & terram, inter spiritum & corpus, inter æternitatem & tempus, tanta quoque reperitur inter vitam gratiæ, & vitam naturæ; inter pulchritudinem animæ & corporis, inter diuitias interiores & exteriores, inter fortitudinem spirituales & naturalem. Omnia enim hæc certis terminis sunt circumscripta, temporalia sunt, & oculis corporalibus formo-

Peccata quæ mala faciunt in anima.

1. Cor. 4, & Eph. 4.

Pulchritudo animæ iustificatæ.

formosa tantum apparent, ad quæ satis est generalis Dei concursus, ad illa verò particularis & supernaturalis concursus requiritur, nec dici possunt temporalia, cum ad eternitatem perducant, nec appellari omnino finita, quia Deum merentur, in cuius oculis tam sunt pretiosa, tantique valoris, vt sua pulchritudine Deum ipsum ad amorem prouocent. Porro cum Deus omnia hæc solo suo auxilio & voluntate posset operari, id facere noluit: sed placuit illi animam adornare virtutibus infusis, & septem sancti Spiritus donis, quibus cum non solum animæ essentia ipsa, sed omnes etiam illius potentia vestiantur, & adornantur diuinis illis habitibus.

IV. Præter omnia hæc diuina beneficia, æterna illa & infinita Dei bonitas aliud adiungit, præsentiam scilicet atque auxilium sancti Spiritus, atque adeo totius sacratissimæ Trinitatis, quæ migrat in animam iustificatam, venitque, vt inhabitet in illa, vt doceat quomodo tantis diuitiis recte uti possit, tanquam bonus pater, qui non contentus filio diuitias dedisse, addit ei tutorem, qui nouit illas bene administrare. Adeo vt quemadmodum in anima peccatoris habitant viperae, dracones & serpentes, qui sunt multitudo spirituum malignorum, qui domicilium suum in tali anima eligunt, vt Saluator noster apud Matthæum asserit; ita e contrario in animam iustificatam intrat Spiritus sanctus, cum tota Trinitate sanctissima; eiiciensque omnia monstra & bestias infernales, in templum eam sibi confecerat, sedemque suam ibi collocat, vt expresse in Euangelio testatur Dominus, dicens: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Horum verborum virtute omnes Doctores tam Ecclesiastici, quam Scholastici fatentur, ipsum Spiritum sanctum certo & peculiari quodam modo habitare in anima iustificata, distinguentes inter Spiritum sanctum, & ipsius dona: dicentes insuper, non tantum hæc dona à Spiritu sancto dari, sed Spiritum quoque sanctum dare semetipsum, qui intrans in animam hanc, templum eam sibi facit, & habitaculum, sedem in ea collocans suam. Ideoque purgat illam, sanctificat, & donis suis exornat, vt dignum tali inhabitatore sit diuersorium.

Simile.

Matth. 12.

Luc. 11.

Ioan. 14. 23.

V. Iustificatio nos viua membra Christi facit.

Fiducia in erando.

1. Cor. 6. 15. Christus honoratur cum in suis honoratur.

Non sufficiunt supradicta beneficia, nisi & aliud mirabile accedat, quale est, iustificatos omnes fieri viua membra Saluatoris, qui prius erant membra mortua: non enim à capite Christo suas influentias percipiebant. Hinc alia, eaque maxima nascuntur prerogatiua, atque excellentia: hinc enim oritur, vt ipse Dei Filius illos amet, tanquam propria sua membra, & curam illorum habeat non minorem, quam de se ipso; pro ijs non minus, quam pro membris proprijs sollicitus sit, sine intermissione in illos infundat virtutem suam, tanquam caput in sua membra, æternus denique Pater illos benignis oculis intueatur, non aliter, atque viua membra vnigeniti sui Filij, vnita, & cum illo concorporata, per spiritus illius participationem: ideoque opera illorum sunt grata & meritoria, tanquam opera viuorum membrorum sui Filij, qui operatur in illis omne bonum. Ex eadem dignitate procedit, vt cum huiusmodi iustificati à Deo petunt gratiam, eam summa petant cum fiducia: sciunt enim se illam petere, non pro se tantum, sed & pro ipso Dei Filio, qui in ipsis, & cum ipsis, honoratur. Cum enim negare nemo debeat, quin quod membra faciunt, idem & caput faciat, sequitur, vt cum Christus caput illorum sit, cum quid petunt pro se, idem & pro illo petant. Etenim si verum sit eos (vt Apostolus dicit) qui peccant in membra Christi, in ipsum peccare Christum, & si se persecutionem pati iudicet Christus, cum membra sua persecutionem patiuntur, quemadmodum Apostolo dixit Ecclesiam

Granatens. Opus. spiritual.

eius persequentis; cur miraris frater, si dicam etiam membra honorantur, etiam ipsum Christum honorari? Quod cum ita sit, quantam habebit iustus in oratione sua fiduciam, cum considerat, quod petens gratiam pro seipso, eandem etiam aliquo modo petat ab æterno Patre pro Filio Alius ei estis imos? Nonne verum est, vt cum alicui gratia sit amore alterius, huic principaliter fiat, cuius amore data est: credimus enim quod qui pauperi misericordiam exhibet propter Deum, huic non tantum pauperi, sed & ipsi Deo misericordiam exhibere.

Necdum hæc diuinorum beneficiorum finis est: omnibus enim prædictis beneficijs vltimum hoc subiungitur, ad quod alia omnia ordinantur, ius nimirum, & possessio vitæ æternæ, quæ datur iustificato. Quemadmodum enim immensus ille noster Dominus, in quo summa reuocet iustitia simul & misericordia, omnes peccatores, qui penitentiam non faciunt, æternis pœnis addicit, ita omnes verè penitentes ad æternam vitam assumit. cumque posset homini omnia peccata condonare, illum in amicitiam suam & gratiam recipere, sine gloria sua communionem, facere tamen id noluit: sed hos, quibus pro sua misericordia peccata remisit, etiam iustificauit, quos iustificauit, suos fecit filios; & quos filios fecit hos etiam fecit hæredes, & participes celestis hereditatis suæ, vna cum Vnigenito suo Filio. Hinc oritur viua illa spes, quæ exhilarat iustificatos in omni tribulatione, propter pignus & arrham infiniti huius thesauri. Etenim etiam videant se angustijs coarctari, infirmitatibus affligi, miseris huius vitæ premi: sciunt tamen non esse con- Rom. 8. 18. dignas passiones huius sæculi, ad gloriam, quæ reuelabitur in ipsis. sciunt etiam id, quod momentaneum est in presenti & leue tribulationis suæ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari.

Hæc itaque sunt beneficia, quæ vnicuique illud beneficium iustificationis in se comprehendit, quam iustificationem B. Augustinus maioris estimat, quam creationem: Deus enim caelum & terram vno solo verbo creauit; vt hominem verò sanctificaret, sanguinem suum fundere, & tanta, tamque varia subire tormenta debuit. Si itaque tot & tanta huic Domino debeamus pro creatione, quanto plura debebimus illi pro iustificatione? quod beneficium quanto maioribus laboribus & afflictionibus comparatum est, tanto magis nos obligat.

Et si autem nemo euidenter scire queat, an verè iustificatus sit, magnas tamen sitæ iustificationis, quilibet potest habere coniecturas; inter quas nequaquam minima est. Vitæ renouatio: quando qui nulle peccata vno die solet perpetrare, iam nullum committit. Qui talis est, memor sit, quam iusto titulo ad tali Sanctificatori seruendum sit obligatus, qui redemit ipsum, & à tot malis liberauit, atque tot bonis cumulauit, quæ huc vsque commemorauimus. Si quis autem in malo adhuc statu hæreat, nescio qua re magis illum Deus posset commouere, vt statum illum delectat, quam si ob oculos ipsi statuatur omnia mala, incommoda, & pericula, quæ peccata secum adferunt, & paulo antea à nobis enumerata sunt: nec non & thesaurum maximorum bonorum ipsi ostendat, quæ ex incomparabili beneficio hoc oriuntur.

De multis alijs effectibus, quos Spiritus sanctus operatur in anima iustificata, & de Sacramento Eucharistiæ.

Quæ hæcenus à nobis dicta sunt, nondum omnia beneficiorum genera complectuntur, quæ Spiritus sanctus operatur in anima hominis iustificati, nec ijs terminis Dei liberalitas circumscribitur. Non enim diuino Spiritui satis est, hominem per iustitiam postquam introduxisse, sed postquam intrauit homo, ab eodem Spiritu adiuuatur, & manu du-

VI. Per iustificationem datur vita æterna.

Rom. 8. 18.

2. Cor. 4. 17.

Iustificatio maior quam creatio. August. in Ioanem.

Coniectura iustificationis.

Gratia Spiritus sancti concorsant.

citur in omnibus vijs eius, donec superatis procelloſi maris huius fluctibus, ſaluſ & ſecurus ad portum ſaluſ peruenierit. Poſtquam enim intrauit Spiritus ſanctus mediante beneficio predicto in anima iuſtificatam, non ſedet ibi otioſus, non enim ſufficit illi animam ſua praſentia condecorare, ſed & virtute ſua ſanctificat illam, operando in illa, & cum illa, quicquid ad ſalutem conueniens eſt. Sedet ibi tanquam paterfamilias in domo ſua, illam gubernans: ſedet ibi, tanquam preceptor in ſchola, adminiſtrans illam; tanquam hortulanus in horto ſuo, colens illam, tanquam Rex in regno ſuo, regens illam, tanquam ſol in mundo, illuminans illam; denique tanquam anima in corpore ſuo, dans illi vitam, ſenſum, & motum non quidem vt forma in materia, ſed vt paterfamilias in domo ſua. Quid itaque beatius, quid optatius, quam in ſe hoſpitium habere talem, ducē talem, ſocium talem, gubernatorem, tutorem denique, & adiutorem talem? qui cum ſit omnia, omnia quoque operatur in anima, in qua commoratur. Praecipue verò tanquam ignis illuminat noſtri intellectum; inflamat noſtram voluntatem, & è terris ad caelum uſque exaltat: ipſe tanquam columba nos ſimplices facit, maſuetos, placabiles, & omnibus amicos; ipſe tanquam nubes refrigerat nos, & defendit ab ardore carnis, temperat inſaniam, furoremq; paſſionum noſtrarum; ipſe denique tanquam ventus vehemens mouet, atque inclinat voluntatem noſtram ad omne bonum, ſegregans illam & abſtrahens ab omni inclinatione mala, donec tandem eò perueniant iuſtificati, vt ex oſa ſint ipſis omnia vitia, quae prius amabant; amantque virtutes, quas prius oderant, vt Dauid idipſum aperte fateatur ſibi contigiffe; quodam enim loco dicit: *Iniquitatem odio habui & abominatus ſum*, & alio loco, *In via teſtimoniorum Domini delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs*. Ratio erat, quia Spiritus ſanctus in animam illius illuſtrauerat abſinthium rerum terrenarum, & mel diuinorum mandatorum: in quo vides aperte omnia noſtra bona huic diuino Spiritui deberi; ita vt ſi declinemus à malo, ille cauſa ſit, & ſi faciamus bonum, id per illum faciamus: ſi perſeueremus in bono, per illum perſeueremus, & ſi praeſentium detur pro bono, per illum detur. Conſtat itaque veriſimè dictum ab Auguſtino, quando Deus remunerat noſtra ſeruitia, compenſat in nobis ſua beneficia; atque ita gratia pro gratia redditur, cum ipſa merita ex gratia ſint. Sanctus Patriarcha Ioseph non contentus fuit dare fratribus ſuis frumentum, quod emptum in Aegyptum venerant, ſed praecipit inſuper pecuniam in ore ſacculi recondi, quam apportarent, vt pro frumento numerarent. Eodem modo Dominus noſter cum ſuis agit, dat enim ipſis vitam aeternam, dat etiam gratiam & vitam laudabilem, qua cum aeternam vitam licet comparare. Huc facit quod Eusebius Emiſſenus ait, qui ideo colitur vt miſereatur, iam miſertus eſt vt coleretur. Homo itaque vitam ſuam diligenter examinet, & conſideret (vt idem Doct̃or admonet) quanta bona fecerit, à quot malis, adulterijs, rapinis, furtis, impoſturis, ſacrilegijs Dominus illum liberauit, & tunc agnoſcet, quam multis modis illi ſit obſtrictus. Etenim, vt B. Auguſtinus aſſerit, omnia peccata ſic habenda ſunt, tanquam dimittantur, à quibus Deus cuſtodit, ne committantur. Noli igitur, inquit, modicum diligere, quaſi à quo modicum dimiſſum eſt, ſed potius multum dilige, à quo tibi multum tributum eſt. Si enim diligit cui donatum eſt ne redderet, quanto magis debet diligere cui donatum eſt, vt haberet. Nam quiſquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur, & quiſquis ab impudico pudicus factus eſt, ab illo corrigitur; & quiſquis uſque in finem impudicus eſt, ab illo deſertitur. Quod cum ita ſit, quid aliud faciemus, quam vt clamemus cum Propheta, *Replea-*

tur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam? in qua verba B. Auguſtinus ſic commentatur. Quid eſt tota die? Sine intermiſſione; in proſperis, quia conſolaris; in aduerſis, quia corrigis. Antequam eſſem, quia feciſti: cum eſſem, quia ſalutem dediſti; cum peccaſſem, quia ignouiſti; cum conuerſus eſſem, quia adiuuiſti; cum perſeueraviſſem, quia coronaviſti. Ita plane repleatur os meum laude, vt hymno dicam gloriam tuam totodie.

Offertur hic nobis materia atque occaſio non nihil de beneficijs Sacramentorum (quae quaſi instrumenta ſunt noſtrae iuſtificationis) diſſerendi; atque praecipue de Baptiſmo, de lumine dei, atque de gratia, qua in illo conſertur. Sed quoniam de hac materia in alijs locis tractauimus, nihil in praſentiarum amplius dicam. De gratia verò gratiarum, & de Sacramento illo omnium Sacramentorum, per quod Deus voluit in regione hominum habitare, & ſeſe illis quotidie dare in cibum, & remedium, tacere omnino non poſſum. Semel oblatus eſt in cruce ſacrificium & hoſtia cruenta pro ſalute noſtra; ſed in hoc Sacramento quotidie immolatur in altari pro noſtris peccatis. Quotiescun- que feceritis hoc (inquit) in mei memoriam facietis. O ſalutis monumentum, o ſacrificium ſingulare, o hoſtia grauiſſima; panis vitae, ſuae alimentum, epulum regale, manna in te habens omnis ſaporem ſuauiſſimis: quis te dignis poterit laudare preconijs? quis te dignè poterit manducare? quis te debita reuerentia & ſecundum meritum tuum poterit honorare? Deſicit anima mea, cum de te cogito: loqui de te lingua mea non poteſt, nec mirabilia tua iuxta deſiderium meum poſſum annuntiare. Si benignus ille Dominus hoc beneficium praſtitiffet ſolis innocentibus, & qui vitam integram atque puram, adhuc donum eſſet inaeſtimabile: nunc autem quid dicam, cum vt ſeſe illis impartiat, tranſire non dedignatur per manus multorum miſiſtrorum peſſimorum, quorum animae ſunt domicilia Satanae, & corpora vaſa corruptionis; quorum vita in vitijs, & peccatorum fordibus coſumitur? Quin etiam vt ſuos viſitet atque conſoletur amicos, coinquantis atque impuris ipſorum manibus non reuocet contractari, ſacrilego ipſorum ore ſumi, & in faucibus illorum ventribus ſepeliri. Corpus Chriſti ſemel venditum eſt, ſed in hoc Sacramento plus milles, imò quotidie penè venditur. Semel tantum in hoc mundo illuſum & contemptum eſt, nunc autem indefinenter ab iſtis impuris hominibus vilipenditur in altari. Semel tantum inter duos latrones à cruce pendit, nunc autem in hoc Sacramento quaſi quotidie conſpicitur in manibus peccatorum. Quomodo dignè poterimus hunc Dominum colere, qui tot vijs, modisque ſaluti noſtrae proſpexit? Quid retribuemus illi pro admirabili hoc alimento? Si famuli ſeruiant ſuis heris, eò quod ab illis alantur; ſi milites per ferrum & ignem ruant, vt hoc modo periculum mortis euadant: quid non facere debemus nos, pro iſto Domino, qui nobis caeleſtem hunc cibum adminiſtrat? Si Deus in veteri Lege tantas popoſcerit gratiarum actiones, pro manna quod caeleſtis Iſraelitis pluebat, eratque cibis corruptibilis; quas poſceat à nobis pro cibo hoc diuino, qui non tantum incorruptibilis eſt in ſe, ſed & incorruptibilis facit omnes, qui dignè ſumunt illum? Si Filius ipſe Dei gratias egerit ſuo Patri pro paucis panibus hordeaceis, vt in Euangelio legitur, quantas gratiarum actiones debebunt homines pro hoc pane ſupernaturali? pane Vitae? pane diuino? Si teneamur ad agendum Deo gratias tantas pro nutrimento quo Eſſe noſtrum ſiſtentatur, quantas illi debemus pro illo, quo bene Eſſe noſtrum conſeruatur? Non enim laudamus equum, quia equus eſt, ſed quia bonus eſt: nec vinum, quia vinum eſt, ſed quia bonum eſt: hominem, quia homo eſt,

Quomodo ſe
det Spiritus
S. in ani-
ma iuſti. &
quid ibi a-
gat.

S. Spiritus
ignis.

Columba.
Nubes.

Ventus.

Pſal. 118, 63.
Ibid. v. 14.

Auguſtin. in
Pſal. 144. &
Epift. 105. ad
Sixtum.
Genef. 42.

Euseb. Emif.
homil. 8. de
Paſch.

Aug. lib. de
Virg. ca. 40.
& libro 2. de
Confeſſ. c. 7.

Pſalm. 70, 3.

Auguſtin. in
Pſalm. 70.

De Eucha-
riſtia.

Marc. 26.
1. Cor. 11.

Deut. 8.

Ioan. 6.

mo est, sed quia homo bonus est. Si tu itaque tot modis obstrictus sis illi, qui te creauit hominem, quanto arctius illi eris obligatus, quod te bonum fecerit? Si tanta illi debeas pro dotibus corporis, quanta pro donis animae debebis? si tanta pro bonis naturae, pro gratia bonis quantae? Si denique tanta illi debeantur, quia te filium Adae fecit, quanta quæso debentur, quia ex filio infelicis Adæ in filium Dei conuertit? Multo enim melior est dies in qua nascimur ad aternitatem (vt ait Eusebius Emilensis) quam in qua nascimur ad huius mundi pericula. Ecce frater, ecce nouum finiculum, ecce catenam nouam, qua vna cum alijs precedentibus cor tuum stringitur, atque obligatur ad virtutem appetendam, & Domino Deo tuo seruendum.

SEXTVS TITVLVS.

AD VIRTUTEM NOS OBLIGARE
inestimabile beneficium diuinæ prædestinationis.

CAPVT VI.



Mnibus superius commemoratis beneficijs annumeratur etiam illud Electionis, quod eorum tantum est, quos Deus ab æterno elegit ad vitam æternam, pro quo beneficio Apostolus tam pro se, quæ pro omnibus electis, illi gratias agit, his verbis: *Benedixit Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum.* Idem beneficium commendat Propheta Regius cum ait, *Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in aris tuis.* Merito itaque hoc beneficium appellari potest beneficium beneficiorum, & gratia gratiarum. Est gratiarum gratia, quia datur ante omne meritum, ex sola infinita Dei bonitate & liberalitate: qui nulli facies iniuriam, imò dans vniciusque sufficiens adiutorium ad salutem, quibusdam copiosius elargitur suæ misericordiae magnitudinem tanquam absolutus & liberalis Dominus suarum diuitiarum. Est etiam beneficium beneficiorum, non tantum quia ceteris maius est, sed quia ceterorum etiam omnium & causa est, & fundamentum. Cum enim homo electus est ad gloriam, per medium huius beneficii mox Dominus illi alia quoque omnia beneficia, quæ ad consequendam gloriam requiruntur, impartitur; quemadmodum ipse per Prophetam testatur, dicens: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.* Non ignorare debes quod ego te vocaui ad meam gratiam, vt per illam obtineas meam gloriam. Apostolus autem hoc apertius dicit, cum ait: *Quoniam quos præseruat, eosdem & prædestinavit, conformes fieri imaginis Filij sui, vt ipse sit primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinavit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Ratio illius est, quod Dominus disponens omnia suauiter, & ordinatè, postquam aliquem dignatus est eligere ad suam gloriam, propter illam gratiam, multas alias confert: dat enim omnia quoad primam illam gratiam obtinendam pertinet. Quemadmodum pater qui filium educat, vt vel Sacerdos fiat, vel Doctor, à teneris annis rebus illum Ecclesiasticis assuescere, vel studijs incumbere facit, totumque vitam illius cursum ad finem propositum dirigit: sic & æternus ille Pater, postquam hominem aliquem ad gloriam suæ communionem elegit, eum ad viam iustitiæ, quæ ad gloriam illam perducit, paternæ suæ curæ dirigit, in ea quæ fideliter candidatum suum deducit, donec is ad finem desideratum pertineat. Pro hoc tam antiquo & excellenti beneficio debent gratias agere Domino illi, qui inigne aliquid huius

beneficii in se agnoscunt. Etenim concedamus secretum hoc ab humanis oculis esse absconditum, semper tamen cum indicia quædam iustificationis cognoscantur, etiam signa diuinæ prædestinationis vel electionis haberi possunt. Vti enim inter signa iustificationis nequam minimum est vitæ emendatio: sic inter signa electionis maximum est in vita bona perseverantia. Ille siquidem qui multis iam annis in timore Domini vixit, atque omni studio & diligentia peccata mortalia fugit, pie potest credere quod (vt Apostolus dicit) *confirmabit illum Dominus usque in finem, sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.* & quod vt incepit, sic & finiet. Verum quidem est, neminem de sua perseverantia securum esse debere, cum sapientissimus ille Salomon, postquam plurimis annis pie vixisset, in fine vitæ suæ defecerit, & turpiter lapsus sit. sed sunt illæ particulares exceptiones à generali vsu & consuetudine, qualis est illa, quam ex Paulo attulimus, & quam ipse Salomon docet in suis prouerbijis, dicens: *Prouerbum est, Adolefens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Ita vt si studiosus fuerit virtutum sectator in ætate iuuenili, talis etiam sit in senili. Ex his, & similibus coniecturis, quæ apud Ecclesiæ Doctores inueniuntur, humiliter de infinita Dei bonitate præsumi potest, quod qui talis est, electorum numero sit adscriptus. Quemadmodum enim sperat in bonitate diuinæ saluandum se esse, sic humiliter præsumere potest se in eorum esse numero, qui saluandi sunt, cum vnum alterum præsupponat.

Quod cum ita sit, perpende quæso rectum o homo, quanto te pignore Dominus teneri sibi obligatum, pro immenso hoc beneficio, scriptum scilicet esse te in libro illo, de quo Redemptor noster Apostolis suis dicit, *In hoc nolite gaudere, quod spiritus vobis subiungitur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ.* Quam igitur immensum hoc beneficium est amari & ab æterno electum esse, à quo Deus Deus erat quiescere in suauissimo illius pectore, vsque ab annis æternitatis habitum esse pro filio Dei adoptiuo tunc, cum Filius eius naturalis genitus est, in splendore Sanctorum, qui præfentes aderant in diuino illius intellectu?

Attente igitur considera omnes huius electionis circumstantias, & videbis earum singulas singula esse beneficia, eaque maxima: nec non & nouas obligationes adire. Considera primò dignitatem eius, qui te elegit, qui ipse Deus est, beatus, & infinite diues, qui nec tuis, nec alterius cuiusquam opibus indiget. Perpende quam indignus sit, qui eligitur, si ipse consideres qualitatem & naturam: est enim creatura misera & mortalis, omnibus infirmitatibus, miserijs & paupertati vitæ huius subiecta, & poenæ infernalis reatum ob alterius, tum ob suum etiam peccatum. Animaduerte tertio, quam excellens sit ipsa electio, posteaquam eligis ad finem tam sublimem, quo maior alius esse non potest: hoc est, vt sis Dei filius, heres regni illius, & particeps illius gloriæ. Attende quarto, quam est hæc electio gratuita, cum sit (vt diximus) ante omne tuum meritum, ex solo beneplacito diuinæ voluntatis, & (vt Apostolus dicit) per gloriam & laudem liberalitatis Dei, & illius gratiæ. Beneficium autem quo magis gratuitum, tanto magis tenet hominem obligatum. Quinto videnda est antiquitas huius electionis; non enim incepit cum mundi constitutione, sed multo est ipso multo antiquior: imò ipse Deo coæua est, qui quemadmodum ab æterno est, sic ab æterno dilexit suos electos, vsq; huc diligit diligetq; in posterum, quos oculis paternis & vere benignis inuuetur, memor semper ad quam eximij ipsos boni præfinit & prædestinavit. Consideranda sexto est raritas beneficii illius: postquam

Perseuerantia in bono signum electionis.
1. Cor. 1, 8.

Reg. 11.

Prouerb. 22, 6

Luc. 10, 20.

Circumstantias in electione consideranda.
I.

II.

III.

V.

VI.

quam inter tot barbarorum hominum nationes, & in tanta damnatorum multitudine Dominus voluerit te ad tam beatam sortem vocare, vt esles in numero eorum, qui ad aeternam vitam electi sunt. Ideoque te separauerit a massa corruptionis generis humani, condemnata propter peccatum: teque ex fermento corruptionis in panem Angelorum commutauerit. In hac consideratione pauca inueniuntur, quae scribi possunt: multa vero quae possunt animo perpendi, vt possit esse gratus Domino pro particularitate huius beneficii, quod tanto maius est, quanto minor est numerus electorum, & maior eorum qui damnandi sunt; quorum numerum (vt Salomon affirmat) est infinitus.

Ecclesi.

Quod si nihil horum te moueat, moueat saltem magnitudo impensarum; quas liberalissimus Dominus huius beneficii ratione facere determinauerat. quales sunt & vita Vnigeniti sui Filij, & sanguis illius in causa huius beneficii effusus, vt qui ab aeterno decreuerat, eum in mundum hunc mittere, vt esset diuinae huius determinationis executor. Quod cum ita sit, ecquod tempus erit prolixum satis & sufficiens, ad considerandum tantam Dei misericordiam? Quae lingua poterit vnquam satis illam effari? quod cor illam perfecte sentire & gustare? quibus denique obsequi illa poterit compensari? quo cum amore homo ad istud diuinum amorem respondebit? quis erit tam ingratus, qui recusabit iam tandem amare illum, a quo ab aeterno adamatus est? quis volet hic pro quouis alio amico permutare? Etenim cum in Scripturis sanctis tantopere laudetur, & in tanto habeatur pretio amicus multorum annorum, quis vellet possessione & gratiam antiquissimi huius amici omnibus amicis mundi mutare? & si praescriptio, vel possessio temporis, cuius non habetur memoria, auctoritatem & ius det illi, qui non habet quid faciat hac possessio aeterna, qua Dominus nos possedit, vt periculum istius amicitiae pro suis reputetur? Ex his liquet nulla in hoc mundo inueniri bona, quae sint bonis his mutanda, nec esse mala tanta quae amore horum bonorum non sint perferenda.

Ecclesi.

Quis quaso tam stupidus & inconsideratus esse posset, qui reuelatione diuino edoctus, hominem aliquem medicum per plateas ostiatum stipem sibi quaerentem, hoc modo esse a Deo praedestinatum, vt terra quam pedibus ille suis calcavit, non velit osculari? non illi cedere? non genua summa cum humilitate flectens bene illi precabitur, & his verbis gratulabitur: O te felicem, o beatum te, tunc es vnus e felici illo electorum numero? tunc exultabis in beatis illis Angelorum choris? tunc cantabis celestem illam musicam? tunc perpetuum illud regnum possidebis? tunc coruscantem illam Christi faciem, eiusque sanctissimam Matris contemplaberis? O felix dies ille, in quo tu natus es; multo autem felicius ille, in quo mundo morieris: tunc enim incipies viuere vitam aeternam. Felix panis, quo tu vesceris; beata terra, quam tu calcas; sustinet enim illa thesaurum incomparabilem. Beata tribulationes quas pateris, & egestas quae te premit. illae siquidem tibi viam aperiunt, quae ducit ad vitam eternam. quae calamitatum & tribulationum nubes erit tam densa, quae tanta spe non disparebit?

Apostrophe ad mendicem, sed electum.

Simile.

Hec & similia verba sunt, quibus hominem quempiam, quem certo praedestinatum sciremus, compellamus. Etenim si Princeps quispiam magni regni futurus haeres per viam aliquam transeat, omnes incolae relicti adibus ad locum hunc confluunt, vt conspiciant illum, & admirantur beatam illam (secundum opinionem mundi) sortem quae inueniunt illum manet, eo quod regni haeres natus sit; quanto igitur magis admirari debent homines beatissimam sortem hanc? natum nimirum hominem, & sine suo merito electum,

non vt sit Rex temporalis in hoc mundo, sed vt regnet in caelo cum ipso Deo, & beatis illius in seculum secula? Ex his itaque rebus, mi frater, facile cognoscere licebit, ingens illud vinculum, quo electi omnes propter hoc beneficium Domino & Electori suo sunt obstricti, a quo beneficio nemo se putet exclusum, modo velit facere officium suum, & ipse sibi deesse nolit: imò satagat per bona opera (vt B. Petrus monet) certam facere suam vocationem, & electionem: certi enim sumus, quod qui facit hoc saluabitur: scimus etiam quod fauor & gratia diuina nunquam aliquem destituit, nec quaequam destituit in posterum. Nos itaque cum duarum istarum veritatum certitudine in operibus bonis perseueremus, & de numero illo felici & beato Electorum nos esse speremus.

SEPTIMVS TITVLVS.

HO MINEM AD VIRTUTEM SE-

Etandam obligari ratione primi quatuor suorum. nouissimum, quod est Mors.

CAPVT VII.



Inguis quidem praedictorum hominem merito ad seruandum Domino Deo suo, cui tot nominibus & rationibus est obligatus, permouere deberent. Sed quia maior pars hominum plus mouetur premio seu mercede, quam iustitia debito, hoc est, (vt alij loquuntur) plus utilitate, quam honestate, nos operam pretium facturos existimauimus, si praedictis maximas utilitates, quae Virtuti promittuntur, tam in praesenti, quam in futuro, subiiciamus. Initio vero dicemus de duabus inter reliquas praecipuis, vt sunt gloria, quam per virtutem consequimur, & poena, quam per eam euitemus. Isti sunt remi duo, quorum beneficio periculum procellosi maris huius enauigamus: haec duo sunt calcaria, quibus incitatur ad vitam vitam huius cum celeritate percurrendum. Hinc est, vt B. Franciscus in sua Regula, & B. Dominicus in sua, afflati ambo vno eodemque spiritu, iisdem verbis suis posteris diuini verbi praconibus praecipiant, nihil vt praedictent, praeter virtutes & vitia, praeter gloriam & poenam: illam, vt doceant bene viuere; hanc, vt moueant ad bene viuendum. Est & Philosophorum opinio, & communis sententia, duo aequipondia, quibus horologium humanae vitae mouetur, esse premium & supplicium. Tanta enim est nostra voluntatis miseria, vt nemo virtutem nudam appetat, cui non est ad iuncta poena, vel quae utilitate quadam non compensatur. & quia nec supplicium nec premium aliquod potest excogitari aeterna illa gloria, perpetuaque poena maius, nos de his in praesentiarum agere decreuimus, quibus alia duo premitimus, eo quod ordine sunt priora. Mortem scilicet & vniuersale iudicium, singula siquidem illorum bene considerata, quibus diuini magnos habent stimulos ad virtutes nos incitandi, & a vitijs deterrendi, iuxta illud Sapientis, *Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis*, per nouissima intelligens quatuor illa paulo ante a nobis commemorata, de quibus deinceps secundum propositi nostri tenorem differemus.

Democrit. Plin. lib. 2.

Enumeratio eorum, de quibus dictum est, vt sit. Ecclesi. 7. 40.

De morte igitur, quae in nouissimorum numero prima est, initium faciemus: quae tanto ad mouendos animos est potentior, quanto est certior, vniuersalior, & familiarior. Potissimum vero si consideremus particulare iudicium vitae nostrae vniuersae, quod in illa pronuntiabitur; quod in illo vniuersali non mutabitur, quod enim in hora mortis dabitur, idem ratum erit semper. Quam autem seuerum erit hoc iudicium, & quam stricta, quae illic exigetur, ratio, nolo ex meis verbis discas, sed ex historia, quam B. Ioannes Climacus, oculatus testis commemorat, quae sane vna est ex terribilioribus, quas vnquam memini me legisse. sunt autem Climaci verba haec. Non omittem etiam

Ioan. Clim. in scala paradisi gradu 6.

Solitarij

Terribilis
historia.

Solitarij illius, qui in Cl. reb. habitabat, referre historiam. Hic cum diutius negligentissime vixisset, nullaque anima suae curam penitus haberet morbo rãdem comprehensus, ad extrema deductus est. Cumq; iam corpore perfecte migrasset, post vnam horam in seipsum rediit. Orauitque nos omnes, vt inde protinus abscederemus, & celle aditu lapidibus obstrcto, permansit intus annis duodecim: nulli omnino quicquã loquens, nec aliud quicquam præter panem & aquã degustans. Sedens ea tantum, quæ in excessu viderat, attonitus voluebat, atque in his adeo fixo semper erat cogitatu, vt nunquam iam vultum immutaret; sed semper sic attonitus perdurans, vim lachrymarum feruentium tacitus profunderet. Cum verò iam mortuus esset proximus, rupto & patefacto aditu, ingressi sumus. Cumque ab illo doctrinæ verbum supplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiuius: Ignoscite mihi. Nemo qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquam poterit. Nos verò nimis mirati sumus, intuentes eum, qui prius tam negligens fuisset, ita repente mutatum, ac beatissima transformatione alterum effectum. Hactenus Climacus, qui præsens his omnibus interfuit, & quæ vidit literis suis testatur. Ita vt nemo de facto hoc (est incredibile quibusdam videri possit) dubitare debeat: præsertim cū testis sit & verus, & fidelis. In hac autem historia plurima sunt, quæ merito timere debemus; considerantes vitam, quam Sanctus ille duxit, & multo plus visionem quam vidit, vnde modus ille viuendi profluxit, quem deinceps tota vita obseruauit. Hæc itaque satis superque probant, verum esse Sapientis dictum, *Memento mori non summa tua, & in æternum non peccabis.* Age igitur si hæc consideratio hominem tam tenaciter à peccato retrahat, percurramus obiter ea, quæ de morte dici solent, vt insigne id bonum consequamur.

Ecclesi. 7, 40.

Memento itaque, mi frater, Christianum esse te, & hominem: quia homo es, certus es te moriturum: quia Christianus es, certus es te rationem vitæ tuæ, postquam obieris, redditurum. Hic fides quam tenemus & profitemur omni & dubium excludit: & sic esse docet nos experientia, quæ quotidie in oculos nostros incurrit. Ita vt nemo inanimis sit à calice hoc, sed omnes eum bibere debent, siue Papa, siue Rex, siue qui sit alius. Dies aderit aliquando, quo viues manẽ, vespere verò non viues. Dies aliquando veniet (quando autem venturus sit, an hodie, an verò cras, omnino incertum est) in quo tu ipse, qui modò legis hæc, quæ nos referimus, sanus & robustus vitam tuam longitudine desideriorum, & dies multitudine negotiorum tuorum dimetiens, videbis te in lecto decumbentem, & candelam in manu habentem, terribilissimæ mortis telum & sententiam in vniuersum genus humanum latam, à qua non potest ad alium iudicem prouocari, expectantem. Maxime verò considerandum, quàm hora illa sit incerta; solet enim illa ferè venire, quando minus expectatur, & cum homo in omnibus securus de illa non cogitat, sed suis negotijs & occupationibus huius vitæ intentus, de longiori vita bene transigenda inuit rationes. Quam ob causam dicitur quod tanquam fur in nocte venit, qui tunc venire solet, cum homines altum dormiunt, securi sunt, & nihil minus quàm de furto sibi imminente cogitant.

Certa mors,
horæ incerta.

1. Thes.

Morbis

Simile.

Priusquam mors veniat, grauis infirmitas præcedit, quæ consideranda est cum omnibus suis accidentibus, doloribus, molestijs, fastidijs, angoribus, tyripis, decoctis, suffusionibus, catapotijs, gargarismis, alijsque medicamentis, noctibus etiam longis, quæ isto tempore multum tædij, molestiarum plurimum adferunt: quæ omnia disponunt & ad mortem viam sternunt. Quemadmodum enim qui castrum vult expugnare, primò ruinam maioribus tormentis sternit; inde oppugnat, inuadit, & occupat: sic autem mortem grauis

infirmitas præmittitur, quæ ita impugnat naturalem fortitudinem, vt nullam vel diuinam, vel nocturnam quietem homini permittat: sed concutiat sine intermissione cuncta præcipua corporis membra; ita vt anima diutius castrum suum defendere, nec ipsa in illo queat conservari: quare corpus relinquit, & elapsa fugit, atque alio commigrat.

Sed cum eò iam infirmitas deuenit, quod aut ipse infirmus, aut medicus incipiat dubitare, & de vita desperare, o Deus, quæ angustia, quæ pressura, qui angores miserum cor tunc cruciant, lancinantque? Tunc enim animo vitæ præcedentes series; tunc relinquendarum omnium rerum, quas hic dilexit, vxoris, filiorum, amicorum, parentum, diuitiarum, honorum, titulorum, officiorum, aliarumque, quæ vna cum vita ipsa esse desinunt, imagines representantur. Post hæc vltima ingruunt accidentia, quæ cum ipsa morte sunt coniuncta: quæ præcedentibus multa sunt maiora, signa mortis instantia. frons obduratur, cutisque eius distenditur, vnde & sudor frigidus erumpit: pupillæ oculorum caligant, contabescunt, & intolerabili penarum angustia circum torquentur: aures surdescunt, natus subsidet, nares replentur putredine, vultus liuescit, os contrahitur, lingua lutescit, nec amplius officium facit: gustus perit, labia pallescent, anhelitus ex profundo pectore sese resolligens deficit, manus frigescunt, ungues nigrescunt, pulsus languidus & minimus, sed creberimus, modò sese intermittit, modo formicat, pedes inter moriuntur, & naturalè suum calorem amittunt. Quid multis? tota caro vertitur ad corruptionem, & omnia membra, sensusque omnes, ob præproperam separationem perturbantur. hoc modò debet homo in exitu suo ex hoc mundo labores & dolores aliorum, per quos in hunc mundum intrauit, compensare: perferens dolores in excessu, quos pertulit mater cum illum parturiret. Atque ita insignis est egressus & ingressus hominis in hunc mundum proportio. vterque enim doloribus plenus est, nisi quod ingressus dolores alterius, proprios verò habeat egressus.

Signa mortis
instantia.

Ecclesi. 10.

Dum homo in hac fluctuat angustia, subito mortis adest agonia: representatur memoria vitæ terminus, horror sepultura; infelicitas corporis, mox esca vermibus futuri: maxime verò anima, quæ nunc adhuc in corpore manet, sed post horam vnam aut alteram ab illo separata nescit ecquod habebit hospitij. Tunc præsens adest iudicium Dei arbitraberis: tunc coram videbis omnia peccata tua, quæ te accusabunt ante diuinam iustitiæ tribunal: tu tandem serò agnosces quàm turpia fuere crimina, quæ tu tam facile commisisti: tunc multis diris & execrationibus male precaberis diei, in qua peccasti; voluptatibus etiam & delectationibus maledices, quare ad peccandum suis blanditijs inuitarunt. Nō poteris in illa hora te ipsum tuamque leuitatem satis admirari, qui ob res tam inanes & nullius momenti (quales erant illæ, quas inordinato amore soles diligere) in periculum tam intolerabiles dolores patiendi te coniecisti; quorum dolorum in illa hora tristissima non exiguum facies experimentum. Transcuntibus enim voluptatibus & appropinquante iudicio illarum, id quod per se exiguum erat antea, & nunc esse desinit, nihil esse videbitur: quod verò per se magnum est, & præsens instat, maius etiam quam est esse arbitraberis; eò quod manifeste cum omnibus circumstantijs tandem illud agnosces. Cum itaque videbis quod ob res adeo vanas & leues, ne dicam turpes, nunc tantis bonis frustraberis, & huc illuc oculos voluens, ab omni te parte circumdatum angustijs & tribulationibus cernes, (vitare siquidem diutius non poteris, penitentia nec locus, nec tempus vllum erit, numerus dierum tuorum ad summum venit: non te poterit iuuare, quos amorem tam inordinato dilexisti: multo minus idola, quæ tu adorasti.

Periculum,
in quo est
mori turis.

Amos 8, 9.

tu adorasti; quid dico iuuare non poterunt? imò quæ maximè dilexisti, & quæ maiori apud te in pretio fuere, hæc tunc te maximè cruciabunt die mihi quæcū in hoc te periculo relictum videbis, quæ tibi mens, quis animus erit? quò vades? quid facies? quem inuocabis? reuerti ad vitam erit impossibile, exire erit intolerabile; manere in vita non dabitur: quid igitur facies? *In illa die* (inquit Dominus per Prophetam) *occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates eius in luctum, & omnia cantica eius in planctum: & ponam eam quasi luctum unigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum.* O horrenda verba, ô sententia durissima quæque corda concutiens. *In illa die*, inquit, *Occidet Sol in meridie*: In illa enim hora proponetur peccatoribus multitudo criminum suorum, videntes quæ diuinam iusticiam vitæ suæ filium abrumperet: quidam eorum tanto timore & tremore concutientur, ita omni spe & fiducia destituentur, quod existimabunt sese reprobos esse, & à misericordia diuinæ penitus exclusos.

Timor potentissima animi perturbatio.

Elto, sunt adhuc in meridie, hoc est, sunt adhuc in vitæ curriculo (quod tempus adhuc merendi est & demerendi) tamen sibi ipsis persuadebunt, non superesse tempus aut locum merendi; sed omnes meritorum aditus præclusos & obstrictos esse. Potentissima animi perturbatio timor est, qui parua quæque magna sibi fingit & absentia quæque tanquam presentia semper exhorret. Id si exiguis alicuius rei timor faciat, quid non poterit verus ille timor, de tam metuendis & capitalibus periculis conceptus? Superfunt illi quidem adhuc, & in hac vita in medio amicorum suorum constituti sunt: nihilominus existimant se dolores & supplicia damnatorum iam quasi experiiri. Vno eodemque tempore & viuos se & mortuos esse putant: & dolore presentium quæ relinquenda sunt correpti, ventura mala, quæ timent sentire incipiunt. Beatos esse illos iudicant, qui in hoc mundo relinquantur, & ex hac inuidia noua doloris crescunt rationes. Occidit igitur illis tunc sol in meridie, cum quacumque in partem oculos voluerit, vbique ad cælos ipsis occlusos esse aditus videbunt, nec lucis aliquis radius apparebit. Nam si ad misericordiam Dei respiciant, indignos sese arbitrabuntur, quorum Deus misereatur: si ad diuinam iusticiam confugiant, ab ea sibi dira supplicia parari suspicabuntur: hucusque diem suum fuisse, nunc autem diem Domini imminere, imò iam iam incipere putabunt. Si ad memoriâ reuocent vitam præteritam, ea tota ipsos reprehendit: si præsens tempus intueantur, vident sese iam mori: si tempus paulò post adfuturum, iudicem pro tribunali sedere vident, & se vt iudicentur expectari. Tot verò trepidandi causis circumdati, quid facient? quo vadent?

Quæpius incunda videbantur, in morte acerba sunt.

Pergit Propheta, & tenebrescere faciam terram in die luminis, id est, ea quæ te prius solebant suauiter oblectare, nunc te maximè cruciabunt, & intolerabilibus dolorum stimulis animum tuum lancinabunt. Iucundum sanè est homini viuenti & incoluui filios videre, amicos frui, rem domesticam administrare, diuitias habere multas, & quæcunque desiderat animus cum voluptate possidere. Tunc verò omnis ea voluptas in dolorem conuertetur. Omnia enim prædicta hæc tormentis acerrimis miseram conscientiam excarnificabunt, eruntque frætex pungentes amatores suos. Naturale est, vt quemadmodum possessio atque præsentia rei quam amamus nos exhilarat, sic eiusdè absentia tristitiam adferat & dolorem. Hinc filij morientis patris fugiunt præsentiam, & pia coniunx à mariti in extremis constituti facie sese abscondit, ne dolores eius augeat sua præsentia. Quamuis autem animæ à corpore mox separanda in ignotam sit proficiscendum regionem, viaque inter longa æquæ, &

periculosa, immensus tamen dolor non permittit humanitatis & ciuilitatis oblectare terminos, neque concedit iter ingressuræ, ante abitu amicum suis valedicere. Si aliquando tu lector in hanc arenam descendis, intelligis sanè per omnia ne vera dicere: si verò nunquam in hoc periculo inuentus sis, crede saltem ijs, qui harum rerum fecerunt experimentum. Etenim *qui nauigant mare* (vt Sapiens ait) *enarrant eum pericula.* Eccli. 43, 26.

Si itaque tanta & talia sint, quæ separationem hanc luctuosam præcedunt, quanta & qualia puras erunt ea, quæ subsequuntur? si tale sit profectum & vigilia, qualis erit festiuitas ipsa, diesque solennis? Statim enim post mortem sequetur ratio, quam iustissimus ille Iudex ab anima postulat, quæ quam impensè metuenda est, nolo te ab hominibus mundi huius discere, qui quemadmodum in Ægypto, id est, regione tenebrarum habitant, ita in maxima cecitate & non ferendis viuunt erroribus. Volo autem te hac in re Sanctos cōsulere, qui habitant in terra Gessen, in qua semper lux veritatis fulget, & ipsi docebant te non tantum verbis, sed etiam exemplis, quantopere hæc ratio est metuenda. Sanctissimus erat sine dubio Rex Dauid, nihilominus tam ingens eius erat timor, quæ memor huius rationis reddenda concipiebatur, vt in oratione sua ad Domitium diceret: *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine; quia non iustificaberis in conspectu tuo omnis viuens.* Sanctus erat Arsenius, qui tamen cum moreretur cepit flere, & eum in modum trepidare, vt ista illius trepidatione admoniti, qui circumstantibus eius discipuli, interrogarint eum dicentes, Quid fles Pater? quid trepidas? nunquid & tu times? quibus ille respondit: In veritate timeo, & iste timor, qui nunc mecum est, semper in me fuit, ex quo factus sum Monachus. De B. Agathone referunt historice, quod moriturus tres dies oculos apertos habuerit, nec eos mouerit. Fratres autem tangentes eum, dixerunt, Vbi nunces Abba? At ille dixit, In conspectu iudicij Dei sto: dicunt autem ei fratres? Nunquid & tu times? quibus ille respondit: Interea quantum fuit ad virtutem meam semper consideravi, vt mandata Dei mei facerem. Sed homo sum, & vnde scire possum, si opera mea Deo placeant? Cui fratres dixerunt, Non confidis in opera tua, quia fecundum Deum sunt? at ille respondit, Non confido in conspectu Dei; quia aliud est iudicium Dei, & aliud hominum.

Ratio exigenda a nobis.

Hebr. 9.

Exod. 19.

Psalm. 142, 2.

Arsenius. In vitis Patrum parte 2. §. 133.

Agathon ibid. §. 51.

Ioan. Clim. in scala paradisi gradu 7.

Stephani monachi horrendum exemplum.

Regum. 19.

apertis quæ

Notandum.

apertisque oculis ad dextram atque ad sinistram partem lectuli circumspiciebat, & quasi rationem quidam a se exigere, cunctis qui astantibus audientibus, aiebat; aliquando quidem ita; Sic reuera est: sed pro hoc tot annis ieiunavi. Aliquando verò; Non certe, sed mentimini, hoc non feci. Deinde rursus; Ita verè est, hoc ita est, sed fleui, sed ministraui. Ac rursus; Verè me accusatis. In quibusdam etiam aliquando aiebat. Ita sanè, & quidem ad hæc quid dicam non habeo, nisi quòd Deus misericors sit. Et erat certè spectaculum horrendum & terrificum, inuisibile illud, fœuissimumque iudicium, in quo etiam (quod terribilius est) & quod non fecerat illi obijciebant (me miserum) quietis ac solitudinis sèctatori: in nonnullis verò peccatorum suorum, quid ad hoc respondere posset, se non habere dicebat, qui iam fere quadraginta annis Monachus fuerat, & lachrymarum gratia habuerat. Quidam verò mihì veraciter affirmauerunt, quòd hic, dum esset in eremo, leopardum quoque ex manu sua nutrebat. Hic ipse tamen, cum adeò infestè ratio à se exigere, carne solutus est: quod iudiciū, quis terminus, quæ sententia, quis rationis eius finis fuerit, incertum penitus relinquens. Huc vsque verba Climaci: quæ abundè satis declarant, quàm vehementer animæ & corporis separationem timere debeant homines inconsiderati & negligentes cum etiam ipsi Sancti tam metuenda in illa deprehenderint.

Quare Sancti metuant in morte. Greg. lib. 4. Moral. c. 2.

Dionysius Carthus. sent. c. 11.

Greg. lib. 11. Moral. c. 21. Lib. 24. Moral. cap. 7.

Nota.

Quòd si quis interroget, quare Sancti in hoc periculo constituti, tanta cum trepidatione metuerunt; huic respondet D. Gregorius lib. 4. Moralium, his verbis: Electorum mens, cum eorum quæ egit reminiscitur, grauiter iudicii pauore terretur. Iam se perfectè conuertit; sed adhuc se perfectè in securitatem non erigit, quia dum quata sit districtio extremi examinis pensat, inter spem formidinemque sollicita trepidat: quia Iudex iustus veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Non enim ideo securi sunt, si exterius in opere lapsi non sint: sed & solliciti sunt de cogitationibus, quibus mens subinde pulsatur. Nā quantum agere possunt ne exterius labantur in opere: tantum interius agere nequaquam possunt, ut nūquam labantur in cogitatione. Sapè ergo electis etiam nolentibus in cogitatione surripitur, quod in se quidem solerter inspiciunt, & ante Dei oculos quanti sit reatus attendunt. Et cum de his omnibus semper districta iudicia pertimescant, tunc tamen hæc vehementer metunt, cum ad soluendum humanæ conditionis debitū venientes, districto iudici appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior. Ante oculos autem cordis nihil inane tunc transuolat de phantasmate cogitationis: quia subductis è medio omnibus, se & illum tantummodò considerant, cui appropinquant. Crescit paor vicina retributione iustitiæ, & vrgente solutione carnis: quanto magis districtum iudicium iamque quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Et sic, quæ sciunt, nunquam se prætermisisse meminerunt, formidant tamè illa quæ nesciunt: quia videlicet semetipsos diiudicare & comprehendere omnino non possunt, atque vrgente exitu, terrentur subtiliori metu. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit, quòd in æternum mutare non possit. Hactenus omnia sunt Gregorij.

Si itaque tanta cum ratione iudicium hoc timeant ipsi viri sancti: quid non facere meritò debent illi, qui non sunt tales? imò qui maiorem vitæ suæ partem in vanitatibus huius mundi sèctandis cōsumperunt? qui toties Deum offenderunt? qui vsque huc negligentissime vixerunt; qui nullam salutis vnquam rationem habuerunt? qui vt in hac hora preparati essent, nulla sollicitudine tacti fuerunt? Si iustus tanto-

pere metuit, peccator quid faciet? quid faciet virgula deserti, vbi concutietur cedrus Libani? Si iustus (vt ait B. Petrus) *vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* quid in Babylone tutum, si Hierusalem manet scrutinium?

Dic mihi quæso, quid tibi videbitur de illa hora, quando ex hac vita descendens, diuinum illud iudicium intrabis solus? nudus? pauper? sine aliquo causæ qui tuæ patrocinetur? præter opera tua bona quæ fecisti? & sola tua conscientia comite? erit autem tribunal illud rigidum & seuerum nimis, vbi non agetur de vita, vel morte temporali, sed æterna. Et si in reddenda ratione totus debitis oppressus inueniaris, heu, quæ horribiles erunt animi tui dolores, & angustie? O quæ confusus eris, & frugifera penitentiæ plenus? quam consilij omnis inops eris, omnique solatio destitutus? Magna profectò inter Principes Iudæ fuit perturbatio, cum victoriosus ensis Sefac Ægyptiorum Regis in omnibus plateis Hierusalem defauebat; cum ex pœna & supplicio præterita sua crimina, veteresque suos errores agnouerunt. Sed nulla est comparatio inter confusionem illam, & hanc, de qua nunc agimus. In illa autem hora quid peccatores facient? quò se vertet? quis illos defendet? nihil proderunt illic lacrymæ; iteris illic omnis erit penitentiæ; in illa hora nec orationes exaudientur, nec vllæ valebunt promissiones; aut fidei iussiones vllæ acceptabuntur. Vltimum vitæ momentum cum effluxit, iam non est penitendi tempus amplius. Quòd si prædicta locum nō inuenerint, multò minus diuitiæ, nobilitas, & honores mundi iuuabunt: ait enim Sapiens, *Non proderunt diuitiæ in die ultionis: Infamia autem liberabit à morte.*

Cum autem infelix anima tot angustijs circumseptam sese videbit, quid faciet? quid dicet? quibus verbis casum hunc suum lamentabitur alijs, quam quibus olim vsus est Propheta, cum diceret, *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me: dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.* Heu me miserum, quis circulus iste, in quem me peccata mea miserunt? quomodo subitò, & nihil minus opinantem me hora hæc inuoluit? quomodo in me irrui, nihil minus de ea cogitantem? Quid mihi nunc profunt honores? dignitates meæ quid iuuant? quid omnes amici mei? quid serui adferent nunc mihi vtilitatis? quem nunc ex omnibus diuitijs & bonis quæ possidere soleo fructum percipiam? nunc enim angulus septem pedum mihi satisfacet, & angustio sepulchri domicilio vilissimoq; linteamine contentus esse debeo. Sed quod omnium pessimum est, diuitiæ, quas tantis sudoribus collasi, hic remanebunt: alij fruuntur illis, & consumunt eas in delicijs, sola peccata quæ commisi in colligendis illis me committantur, vt pœnas condignas pro iustitiæ. Quid faciam nunc de omnibus voluptatibus & delectationibus meis, cum ipse quidem transierint, solæ autè faces in fundo mihi remaserint, quales sunt scrupuli & remorsus conscientiæ, qui spinarum instar pungunt, miserum cor meum lancinant, & perpetuis tormentis cruciabunt? O stuporem non ferendum, o meam vecordiam mille diris deuouendam: qui fieri potuit, vt temporis huius immemor, ad præsentis calamitates euitandas me non preparauerim? Quoties huius diei admonitus sum, sed surdis auribus omnia consilia transiui? Heu me, cur disciplinam non recepi? cur magistris meis non obediui? nec in pretio habui verba eorum, qui me docebant? Impiè vixi in medio Ecclesiæ, & in populo Dei omni me peccatorum genere coinquinaui. His & similibus nanq; infelicem suā sortem deplorabunt peccatores; hæ meditationes eorum, hæ considerationes, & confessiones erunt.

Ne tu autem miserrater, in similes angustias incidas,

1. Pet. 4. 18.

1. Paral. 12.

4. Reg. 25.

Nihil valet in hora mortis.

Prouerb. 11. 4.

Lamentatio peccatoris.

Psalm. 17. 5.

Prouerb. 5.

das, oro te; vt summa cum animi intentione praedicta omnia discutias, examines, & saepius repetita vbique & semper tibi proponas: inter alia verò tria potissimum alta mente & fideli memoria reponas: quorum primum est, vt consideres magnitudinem poenae, quam senties in hora mortis, propter multitudinem peccatorum, quibus diuinam bonitatem offendisti: secundum, vt diligenter perpendas, quanto cum desiderio tunc optabis sic vitam tuam fuisse institutam, vt in ea hora Deum posses habere tibi propitium: tertium, vt memineris quantam, & quam asperam tunc lubens subires poenitentiam, si tempus tibi concederetur. Vtue itaque nunc sic, quemadmodum in illa hora te vixisse cuperes.

OCTAVVS TITVLVS.

HOMINEM AD VIRTUTEM AP-

petendam obstringi ratione secundum nouissimi sui
quod est Iudicium finale.

CAPVT VIII.



OST mortem sequitur iudicium particulare singulorum, & post illud vniuersale omnium: quando implebitur illud, quod dicit Apostolus. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat quisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* Quia verò de horribilibus signis, quae iudicium hoc praecedent, de quae historia illius alio loco tractauimus: hic tantum de rigore strictae rationis, quae nobis in hoc iudicio exigetur, & quid post sententiam hanc sequetur, agemus; vt videat homo, se non inuitari tantum ad virtutem, sed potius trahi & vrgeri. Primo itaque considerandum est, inter ea, quae B. Iob admirabatur, vnum esse id quod est homo creatura tam fragilis sit, Deus tamen tam magnus & potens, summo cum rigore intret cum illo in iudicium, adeo vt ne verbum, ne cogitatio, ne motus aliquis inordinatus sit, quem ille non habeat in libro & iustitiae suae processu descriptum, vt illius etiam strictissimam exigat rationem. Post prolixam autem materiam sic tandem ait, *Quare faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tibi? Contra solum quod ventor rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: qui quasi purredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tineis. Et post pauca: *Homo natus de muliere, brevis viuens tempore, multis repletur miserijs, qui quasi flos egreditur, & comeditur, & sicut velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum in iudicium: quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Omnia haec dicebat B. Iob, vehementer admiratus seueritatem iustitiae diuinae, qua Deum uti videbat in hominem, creaturam tam fragilem, tamque ad omne malum procliuem: qui bibit iniquitatem sicut aquam. Quod si hanc seueritatem in Angelos (qui spirituales sunt creaturae & multo perfectiores (vsurparet, minus admirandum esset: sed in hominem (cuius passionibus & male inclinationes sunt innumerabiles) Deum hanc usurpare, idque rationem tam strictam exigendo, vt in tota vita ne verbum quidem dissimulet otiosum, ne momentum etiam temporis male collocatum praetereat, omnem admirationem transcendit. Quis enim non horreat, & toto corpore contremiscat, cum audiat verba Domini, *Amen dico vobis de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii.* Age igitur, si de ijs verbis, quae nullum hominem offendunt, reddenda erit ratio: quid fiet de verbis inhonestis? de cogitationibus impudicis, de

manibus sanguine plenis? de oculis adulterorum? de vniuerso denique tempore vitae in operibus iniquitatis male consumpto? Hoc si verum sit (verissimum autem est) quae lingua, quae facundia, tanta de rigore & seueritate huius iudicii commemorare poterit, quae non erunt multo rei veritate minora: aut quae aliquo modo poterunt cum illo equiparari? quomodo stabit hic miser homo stupefactus & cattonites, cum in coronat Senatorum, & tanti Concilij praesentia ratio postulat de minimo verbo, quod tali aut tali die extra propositum, aut sine fructu locutus est? quis non ad postulat hoc obstupescet? Quis auderet haec dicere, nisi Christus ipse prior haec dixisset? quis affirmaret, nisi ille affirmasset? Quis vnquam Rex inuentus est, qui à famulis suis de acicula rationem postulare? O altitudo Religionis Christianae, quam magna est puritas, quam tu doces? quam districta est ratio, quam tu exigis? & quam rigido iudicio cuncta discutis & scrutaris? Quantus erit ille pudor, quo miseri peccatores illic sustinentur? cum vniuersae iniquitates eorum, quas testis & pariteribus adum suarum occultabant, cum viueret, quicquid etiam inhonestum, quicquid turpe à teneris vnguibus ad terminum vsque vitae commiserunt, omnes anguli cordis, & secretissime quaeque in aula hac, coram oculis totius mundi deteguntur? Quis erit ille, qui habeat conscientiam tam mundam, vt non confestim & colorem mutare, & hanc verecundiam timere & horrere incipiat? Etenim si homo adeo erubescit, cum reuelat suos defectus Confessario in foro tam secreto, vt quidam etiam in ipsa confessione obmutescant, & peccata subiteant: quantus erit ille pudor, quo afficientur peccatores in conspectu Dei, atque omnium saeculorum praeteritorum, praesentium & futurorum? Tantis erit ille pudor, quod mali Propheta teste, clamabunt, *dicentes* Osee 10, 8.

Pudor peccatorum in iudicio.

Sed tolerabilia sunt haec: quid verò futurum est, cum acutissima sagitta finalis illius sententiae ab ore Dei in corda illorum mittentur, *Ita maledicti in ignem aeternum, qui parati estis Diabolo & Angelis eius?* Heu quantis doloribus discruciantur peccatores hanc sententiam audientes? Cum vix paruam stillam sermonis eius audire possimus, ait Iob, *quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Erit haec vox tam horrenda, tantaque virtutis, quod terra in ictu oculi aperietur, & in puncto ad inferna descendat, vt ait idem Iob, *qui nunc tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi, qui nunc ducunt in bonis dies suos.* Hic casum describit B. Iohannes in Apocalypsi ista his verbis: *Post haec vidi alium Angelum, descendentem de caelo, habentem potestatem magnam, & terram illuminatam est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundae, & odibilis.* Paulo verò post idem Euangelista subiungit, dicens: *Angelum fortem sustulisse lapidem quasi molarem magnum & in mare misisse atque dixisse, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultra iam non inuenietur.*

Hoc modo cadent impij in illud praecipitium, & in illum carcerem tenebrosam, plenum omnis confessionis, qui per Babylonem hoc loco intelligitur. Quae autem lingua poterit exprimere multitudinem poenarum, quas ibi patientur? Ardebunt illic ipsorum corpora flammis viuis, & nunquam extinguendis: illic animae ipsorum sine intermissione rodentur à vermine conscientiae, qui nullas ipsis dabit inducias. Illic erit perpetuus oculorum fletus, & stridor dentium nunquam finiendus, quos sacra litterae toties minantur & intuleant. In hoc desperationis loco miseri illi damnati, rabie quadam crudeli furentes: tam iram suam in Deum conuertent, & in se ipsos seuerient, comedentes proprias

2. Cor. 5, 10.

Lib. de O-
rat. & medi-

Iob 13, 25.

Iob 14, 1.

Matt. 12, 36.

Sententia
Iudicij quam
horrenda.
Matt. 25, 41.Iob 26, 14.
Iob 21, 12.

Apoc. 18, 2.

Matt. 8, & 22.
Luc. 13.Blasphemia
damnati.

proprias carnes suas, dilanantes viscera sua, furibundis cum genitibus, lacerantes inuicem carnes vnguibus suis, & blasphemantes indefinenter Iudicem, qui eos ad has penas condemnauit. Ibi quilibet eorum maledicet sorti suae infortunatae, & infelici natiuitati, reprobens sine intermissione luctuosum illum planctum, & desolatas illas Iobi nanius. *Pereat dies in qua natus sum & nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus de super & non illugetur lumine. Obscurus cum tenebris, & umbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudo. Noctem illam tenebris turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna, maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Lemiathe. Obrebrentur stelle caligine eius: expectent lucem & non videant, nec ortum surgentis aurora. Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus sum? egressus ex utero non statim peri? Quare exceptus genibus: cur lactum vberibus? Hæc erit Musica, hæc cantilena, hæc matutina, quas infelices illi canent sine termino. O infelices lingua, quæ nihil nisi blasphemias profertis: o infortunati oculi, qui nihil nisi calamitates & miseras videtis: o aures miserae, quæ nihil præter planctus & stridores dentium auditis: o insulta corpora, quæ non habetis aliud refrigerium, præter flammam ardentem. Quo erit illi animo, qui dum viterent hic, falebant horas rebus Iudicis, & tempus omnem in voluptatibus & delicijs infumebant: o quam longam miseriam catenam tam breues fabricauerunt deliciæ? O stulti & insensati, quid proderunt nunc vobis carnis illecebre, quibus tunc indulgebatis, cum iam planctibus æternis deuote amini? Quid de vestris diuitijs factum est? ubi sunt vestri thesauri? ubi vestra oblectationes? gaudia vestra ubi sunt? Septem anni fertilitatis transierunt, & septem alij steriles aduenerunt, qui denotarunt omnem abundantiam illorum nulla relicta memoria, veltigium nullum. Gloria vestra periit, felicitas vestra in dolorum pelago submersa est: ad tantam sterilitatem peruenistis, ut ne aquæ guttula concedatur, qua rabidis gutturis ardor, qui immensum cruciat, refrigeretur. Non tantum non proderunt vobis felicitates, quibus in hoc mundo fruebamini: sed eadem illa maiorum erunt vobis causa tormentorum: tunc enim adimplebitur illud quod scriptum est in libro Iob, *Oblitus carnis eius misericordia, dulcedo illius vermes: non sit in recordatione sed conteratur quasi lignum infructuosum*: tunc autem dulcedo delectationis malorum vertetur in vermem doloris, cum memoria voluptatum antecedentium (iuxta expositionem B. Gregorij) generabit maiorem dolorum præsentium amaritudinem: memores quales aliquando fuerint, & quo loco nunc sint: & quod propter illud, quod tam cito abiit nunc patiantur, quod in æternum durabit.*

Tunc tandem serò agnoscent fallacias Dæmonis, & in medijs erroribus constituti, incipient frustra dicere verba Sapientis, *Errauimus à via veritatis, & instrua lumen non illuxit nobis, & sol intelligentia non est ortus nobis: Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus*. Hæc sunt querelæ, hi threni, hæc penitentia perpetua, quam agent illic damnati in secula seculorum, ubi nihil ipsis proderit: eò quod tempus fructus dignos penitentia facienda effluxerit. Omnia hæc & singula si bene perpendantur, stimuli sunt, & incentiua virtutem. Quare & B. Chrysostomus hoc argumento vitur in suis homilijs, ut populum ad virtutes excitet: Ut animam tuam, inquit, velut Dei habitaculum præpares, memento horrendi multum & tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno assidentes, rerum hic gestarum rationes reddemus:

Grammaticus. Opus. spiritualis.

ante omnium oculos peccata nostra ponentur, & rursus reuelabuntur, & ignorantibus ostendentur actiones, ubi ignis fluius, & infopitus vermis, ubi omnia nuda & præcipitata. Vbi cordium nostrorum libri aperientur, & in medio manifeste legentur etiam occulta, nocturna & diurna, ex ignorantia & obliuione facta, quæ membris effecimus, quæque nunc latent reuelabuntur. Cogita igitur, quod omnino nos hinc ad infallibilem migrare iudicem oportet: ubi non tantum actiones, verum & verba & cogitata iudicantur: ubi terribiles etiam eorum, quæ videntur esse parua, penas dabimus. Hæc semper recordare, & inextinctam nunquam obliuiscaris flammam. Præuide venientem iudicare viuos & mortuos. Cogites Angelorum milia, & myriades nunc iudici assidentes: nunc auditis vocem tubarum, & tremendam illam condemnantis vocem præueniat. Præuideat oculus hos quidem in exteriores mitti tenebras, hos verò ianuis excludi post multum virginitatis laborem. Considera hos quidem velut zizania colligari, & in cilibanos projici, alios manibus & pedibus vincos in exteriores mitti tenebras: & alios infopito vermi, & luctui, & dentium stridori traditos: hunc quidem de intempestiuo risu iudicari: hunc verò quod proximum affecit iniuria, vel quod fratrem scandalizauit: hunc quidem de incerti damari criminibus, hunc verò de otioso verbo penas luere hunc verò de mala sententia iudicium subire: hunc verò propter conuicium regno excludi: quendam autem propter seruatum iram intolerabilia patientem: illum verò in ignominiam resurgentem æternam: hos autem Christi cognitione priuari, & auctore: Amen dico vobis, nescio vos: quoniam fecerunt quæ Christus prohibuit. His igitur sic se habentibus, quales nos oportet esse, vel quales emittere lachrymas, & dicere: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & lucebo dies ac noctes?* Sed ut expectatam effugiamus penam, venite, præoccupemus faciem Domini in confessione, & vita diligentia propitiationes Domini Dei inuocemus: *In inferno namque ait, quis confitebitur tibi: Omnia nobis duplicia Deus dedit, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes. Si igitur horum alterum lædatur, per alterum necessitatem consolamur. Animam vero dedit vnam nobis: si hanc perdidimus, quam viuemus?* Huius igitur providentiam faciamus, nihil ipsius salutis præferentes: quoniam hæc etiam est, quæ cum corpore iudicatur, & simul defenditur, & comparer ante Christi tribunal. Si tunc dixeris, pecunie me allexerunt: dicet tibi iudex: Non audisti, quæ utilitas, *Si quis eorum mundum lucretur, animæ suæ detrimentum patietur?* Si dixeris, diabolus me decepit: dicet tibi & ipse, quod nihil profuit Heuæ, quia dixit: *Serpens me decepit*. Hæc igitur mente tenentes, venite, excitemus nos ipsos priusquam obumbremur, priusquam veniat dies Domini magnus, & appareat de quo Propheta dicit: *Eccce veniet, & quis sustinebit vel quis tolerabit diem aduentus eius?* Tremenda dies illa tumultus, & tenebrarum. Sed dices: Quomodo igitur licet prædicta mala effugere? dicam: Non tantum corpus tuum custodias purum, sed cum mala passus, benefeceris, si accuseris, continens sis & patiens. Cum ieiunaueris, ne gloriaris: non enim ciborum abstinentia ieiunium operatur, sed abstinentia peccatorum. Scrutare enim Scripturas. Vide quomodo primum virgam augeam videt Propheta, postea lebetem superardentem, demonstrans, quod non sustinentem virga caligatione, ignis suscipit. Sic & per Moysen demonstrabat ignis columnam rebus clamans, quod legem audiens, vidit lucem, inobediens autem suscipit ignem. Legite Saluatoris Scripturas, & dicite, quomodo nos hinc illuc migrantes adiuuare potest nemo. Non frater fratrem redimet ex interminabilibus tormentis, non amicus

C

amicum.

Iob 3, 3.

Iob 24, 20.

S. Greg. li. 16 moral. c. 31.

Sap. 5, 6.

Chrys. hom. 22. ad populum Antiochenum.

2. Cor. 5.

Matt. 25.

Matt. 13.

Matt. 8.

Esa. 66.

Ob qualia peccata damnentur homines.

Matt. 23, 12.

Hier. 9, 1.

Psal. 94, 2.

Psal. 6, 6.

Matt. 16, 26.

Marc. 8, 36.

Luc. 9, 25.

Gen. 3, 13.

Malach. 3, 1.

Ierem. 1.

Exod. 19.

Psal. 48.

Jerem. 15.

Matt. 22.

Matt. 18.

Matt. 25.

Matt. 24. 35.

Luc. 16.

Insignes ali-
quot compa-
rationes.

Esa. 40.

Serpenti-
gentia.

Accusatores

Ambrosius in Lu-
cam.

amicum; non parentes filios, non filij parētes. Et quid dico homines miserabiles, cum neque si Noë veniat, & Iob, & Daniel, tum iudicantem exorare possint? Sed dices: Vnde horum demonstratio? Vide non indutum veste nuptiali ex sponsali domo expulsus, & neminem pro illo intercedentem, Vide talentum habentem creditum, & non negotiatum, & quomodo proprio supplicat nemo. Respice mihi quinque virgines exclusas, & aequales pro ipsis non deprecas, quas & stultas Christus nuncupavit: quoniam post calcatas voluptates, post extinctum concupiscentie fornacem, post ieiunium, & lectum humistratum, & vigiliam, tunc stultae sunt inuentae, & merito quidem: propterea quod seruato magno virginitatis munere mandatum humilitatis paruum non custodiunt. Vide mihi in iudicii die iudicem oues à dextris constitutem, & infructuosos haedos à sinistris, & à dextris quidem positos dicentem: *Venite benedicti Patris mei, accipite paratum vobis regnum.* A sinistris verò positos in tenebras exteriores repellentem, & electis posse succurrere neminem. Verus enim sermo dicens: *Ecce homo, & opus eius.* Audisti quomodo diues ille nunquam Lazari misertus, in vltionis loco tostus aquae stillam sumere optauit. Cognouisti quomodo nec ipse Abraham supplicis tormenta lenire potuit? Quin igitur posthac nobis ipsis succurrentes, priusquam adumbremur Deo gloriam damus? Melius hic per ieiunium linguam arescere, quam ipsam humidam seruare, & illic rorem concupiscere, & non accipere, & immortali terrore. Partis hic laboribus magna repellamus tormenta. Quod si adeo delicatissimus & teneri in hac vita, vt febrim trium dierum patienter non sustineamus: quomodo in futura sustinebimus ignem aeternum? Si sententiam mortis, à Iudice terreno lata, tanto per se exhorrescimus, quae tantum annorum aliquot vitæ adimit: quomodo non formidabimus sententiam illius iudicis, quae priuat nos vita in omne aeuum duratura? Si terreamur videntes executionem horrendi alicuius supplicij, quod in hoc mundo malefactori cuiquam intentatur, quando videmus satellites cum caniffice malefactorem, vi ad supplicium trahere, cadere, suspendere, in partes dissecare, vel exurere. Omnia tamen hac solatia potius sunt quam tormenta, si cum futurae vitae supplicij conferantur. Tormenta enim hac vna cum vita finiuntur: illic autem nec vermis morietur, nec tortor defatigabitur, nec ignis vnquam extinguetur. Ita vt omnia, quae cum hac poena comparaueris, sit ignis, sit ferrum, sint bestiae, sit quodcumque vis tormentum, somnus tantum est & umbra in huius comparatione. Sed quid facient condemnati, cum se tanto bono vident priuari, & ad tanta mala condemnari? Quid facient? quid dicent; quomodo suspirabunt? & hac omnia quidem frustra. Etenim postquam nauigium submersum est, naucae nullius vsui sunt: nec medicus utilis est, cum infirmus obiit. Tunc igitur, licet sero, errores suos corrigent, & dicent: Hoc faciendum erat, & hoc non. Etsi saepe admoniti sumus, tamen non paruimus. Tunc ludæ tandem agnoscent illum, qui venit in nomine Domini: sed nil proderit illis hac tarda cognitio. Non enim erit ibi tempus. O miseros nos, quid poterimus ad nostram excitationem adducere die illa, cum caelum, terra, Sol, Luna, dies, & nox cum omnibus, quae in mundo sunt, nos accusabunt, & vindictam inelamabunt in nos, testimonium malorum nostrorum perhibentes: imò & si omnia tacerent, ipsa nostra conscientia vocem suam in nos leuabit, & nos accusabit. Omnia haec sunt B. Chrysostomi; ex quibus liquet, quam vehementi patore concutietur is, qui ad hanc sententiam imparatus accesserit. Hoc ipsum metuit B. Ambrosius cum dicit: Vamihie est, si non peccata mea defleuero. Vamihie est, si non medio nocte surre-

xero confitendū tibi Domine. Vamihie, si dolū proximo meo fecero. Vamihie, si nō locutus fuero veritatē. Ad radicem securis posita est, faciat fructum qui potest gratia, qui debet poenitentia. Adest Dominus qui fructum requirat, fecundos viuificet, steriles reprehendat.

NONVS TITVLVS.

HOMINEM AD VIRTUTIS EXERCITIUM obligari ratione tertij sui nouissimi, quod est Gloria Paradisi.

CAPVT IX.



Eberent meritō singula illorum, quae dicta sunt à nobis hactenus, sufficientem habere vim, ad animos nostros ad virtutum inflammandos. Sed quia durities cordis humani tanta est, vt subinde ne illis quidem omnibus queat moueri, aliud addemus intentum, reliquis praecedentibus non inefficacius. Est autem hoc magnitudo praemij, quod virtus suo promittit amatorij gloria (scilicet Paradisi), in qua duo praecipue spectanda sunt: vnum est excellentia & pulchritudo loci, cali, nimirum Em-pyrej: aliud est dignitas & magnitudo Regis, qui habitat illic, cum omnibus electis suis.

Quantum ad primum attinet; quanta sit pulchritudo, quanta diuitia loci illius, nulla potest humana eloquentia pronuntiare: possumus tamen coniecturis quibusdam eminens in aliqualem illius cognitionem deuenire. Inter has coniecturas prima est finis illius operis: finis enim est vna circumstantiarum, quae solent maximè declarare conditionem & praestantiam rei. Finis igitur ad quem Dominus locum istum edificauit, est, vt per illum manifestaret suam gloriam. Etenim etsi quidem omnia ad gloriam suam creauerit, vt ait Salomon, proprie tamen caelum hunc in finem, & peculiariter creasse dicitur: in eo enim singulari quodam modo dignitas, amplitudo, & magnificentia illius relucet. Quemadmodum igitur Rex Aethiopiae, qui regnabat ab India usque Aethiopiae, super centum viginti septem, provincias, grande fecit conuiuium, cunctis principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Medorum inelytris, in ciuitate Susan, per spacium centum octoginta dierum, idque cum omni splendore, sumptu & magnificentia regia: vt ostenderet diuitias gloriae regni sui, & magnitudinem, atque instantiam potentiae suae: sic & superbus ille Rex, decreuit celeberrimum facere conuiuium in caelo: non per spacium alicuius temporis, sed per omnem aeternitatem: vt ostendat in illo immensitatem diuitiarum suarum, sapientiae quoque liberalitatis & bonitatis suae. Illud est conuiuium, de quo loquitur Esaias, cum dicit: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium vindemiae, pinguium medullarum vindemiae defecatae, hoc est ciborum delicatissimorum, pretiosissimorum & suauissimorum.*

Si itaque Dominus Deus omnium illud solenne faciat, vt in illo magnitudinem suae gloriae manifestet: gloria verò illa tam immensa sit, qualis erit festiuitas? quales diuitiae? quam pretiosa omnia, quae in hunc finem preparantur? Illud autem melius intelligemus, si consideremus magnitudinem potentiae huius Domini. Illius potentia tanta est, quod vno solo verbo admirabilem hanc mundi machinam creauit, quodque vno similiter verbo eandem iterum posset destruere. Non vnum tantum mundum, sed mille mundos creare potuisset vno verbo, & totidem vno verbo rursus euertere. Praeterea quicquid facit, absque labore facit: ita vt eadem facilitate qua minimam formicam, creat, creet & maximum Cherubim & Sera-

Math. 3.

Vide con-
tion in festo
Omnium
Sanctorum
inter Cate-
chisticas.De quibus
agitur hoc
capitulum.Pulchritudo
cali ex conie-
cturis colligi-
tur.
I. Coniectu-
ra, finis.

Prou. 16.

Esth. 1.

Est. 1. 4.

Esa. 25. 6.

Potentia
Domini.

& Seraphin: non enim senti: unus, non sudat sub pondere maiori, nec à minori, eleuatur. Potest enim omne quod vult, & quicquid vult sola voluntate sua coperatur. Dic mihi igitur, si potentia huius Domini tanta sit, & tam magna sit gloria sanctissimi hominis tamque immensus amor eius, cuiusmodi putas erit domus, festiuitas, & conuiuium, quæ ille in hunc finem præparauit? Quid huic operi poterit deesse, cur minus omnibus suis modulis sit absolutum? Mantuum defectus non erit; architectus enim illius infinite potens est. Minus erit defectus cerebri: qui enim condidit illud infinite sapiens est. Voluntatis defectus non erit; quia ipse infinite bonus est. Non impedit opus hoc defectus diuitiarum, quia factor pelagus est omnium thesaurorum. Quale igitur futurum erit opus hoc, ubi tanti ad manus sunt apparatus? Quale erit opus illud, quod ex hac prodibit officina, in qua tales artifices & magistri concurrunt, quales sunt omnipotentia Patris, sapientia Filij, bonitas Spiritus sancti? ubi bonitas vult, sapientia disponit & ordinat, omnipotentia potest, omne id quod bonitas vult, & ordinat sapientia, etiamsi omnia hæc vnum idem sint, in diuersis personis.

Calum ex
causis debere
esse absolutum

II. Coniectura
76.

2. Reg. 2.
Ioan. 12.
Omnia obediunt
in hoc
seculo.

Iosue 10, 14.
Esa. 38.
4. Reg. 20.

3. Reg. 17. &
18.

4. Reg. 13.

Damasus &
Martyrolog.
Rom.

Actor. 5.

Plus Christi
tribuit
sanctis quam
ipse vult.

Habemus & aliam coniecturam, eadem huic proposito conuenientem, præcedenti non dissimilem: Deus enim non præparauit domum hanc suo tantum honori, sed ad gloriam quoque & honorem omnium suorum Electorum. Considera itaque quam sollicitus sit Deus, ad honorandum amicos suos, & satisfaciendum suæ promissioni, qua pollicetur se honorificaturum omnes, qui ministrant ipsi. Illud autem ipso effectum liquet, cum ipsi etiam, qui in hoc mundo viuunt, dominium contulerit in omnes creaturas. Pater hoc in Iosue; ad cuius mandatum Sol in medio celi stetit immotus: non aliter atque ipse frantum totius mundi machine in manibus habuisset, *Obediente Domino* (vt Scriptura dicit) *voci hominis*. Simile quid in Esaia videmus, qui Ezechia Regi dedit optionem, vtrum vellet, an vt ascenderet umbra solis decem lineis, an vt reuerteretur totidem gradibus: eadem enim facilitate, qua poterat hoc, potuit & illud. An non similis potestas & in Helia spectatur, qui verbo suo suspendit aquas, & nubes celi quamdiu placuit continuit, ne pluerent? postea verò eandem nubes virtute orationis suæ relaxit, & laxauit, terramque pluuijs & imbribus rigauit? Non in vita tantum huiusmodi concessa sunt Electis, sed vsque adeo Dominus illos honorificauit, vt ossibus etiam & cineribus illorum post mortem dederit hanc potestatem. Quis non laudabit Deum, quod ossa etiam Elisei mortui alium defunctum resuscitauerunt, cuius cadaver metulatu uinculorum Moab in sepulchrum Prophete proiectum erat? Quis non manifestissime cognoscit summum Deifauorem quo sanctos suos prosequitur; qui ipso die passionis sanctissimi martyris Clementis, iuxta insulam Lycie, anchora ad collum eius alligata demersi, legit, mare ad tria milliaria recessisse, vt homines accederet videre possent ossa hominis alterius, pro nomine Christi in pelago demersi? Placui Deo generalem quotannis per vniuersam Ecclesiam celebrari solennitatem, in honorem catenarum, quibus Petrus vincus in carcere tenebatur, ex quo facile colligitur, quanto apud illum in pretio sunt corpora Sanctorum, posteaquam etiam infames carceris catenas, eo quod tetigissent sanctum Apostoli corpus, in tanta voluerit haberi veneratione. Lenia sunt hæc, si conferamus cum honore illo, quem Deus tribuit non catenis huius Apostoli, non cineribus, non ossibus, non corpori illius, sed vmbra corporis, cui tantam virtutem donauit, vt quoscunque infirmos obumbraret, hos incolumitati pristina restitueret. O admirabilis Deus, o summe bonus, qui dedit homini quod ipse

Granatens. Opus. spiritual.

sibi non accepit, aut quo ipse vsus non est: non enim legitur de Christo, vmbra eius infirmos sanasse, quod tamen de Petro Scriptura testatur.

Si Deus tam propensus sit ad honorificandum Sanctos suos, etiam in tempore & loco, præmissi ipsorum non constituto, sed laboribus & muneribus destinato: quanta putas erit illa gloria, quam in loco remunerationis proprio dilectis suis præparauit, ad honorandos illos, & vt in illis honoretur? Qui tantopere desiderat honoribus afficere, & tam facile potest id facere, perpendat secum vnusquisque, quam ampla, & etiosa, rara, & magnifica debeant esse, quæ in honorem suorum Electorum præparauit? Potest & hoc loco considerari incomparabilis huius Domini in remunerandis famulorum suorum obsequijs liberalitas. Mandauit Dominus Abraham Patriarchæ, filium vt vnice sibi dilectum offerret, qui cum præcepto obtemperare vellet; iamque accinctus esset vt filium mactaret, audiuit ab illo: *Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non peperisti vnguento tuo propter me. Per me enim ipsum inraui, quia fecisti hanc rem, & non peperisti vnguento tuo filio propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, & velut arenam, quæ est in litore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: inter filios autem tuos dabo tibi vnum, qui erit Saluator mundi, eritque simul & filius tuus, & filius Dei.* Anne tibi hæc ampla merces esse videatur? Hæc est merces digna Deo: Deus enim in omnibus rebus Deus est. Deus est in remunerando, Deus est in castigando, Deus est in omnibus alijs. Dauid nocte quadam secum voluebat, quomodo ipse habitabat in domo cedrina, & Arca Dei posita esset in medio pelliculi: cepitque cogitare de domo Domino adificanda. Factum est autem in illa nocte, & ecce sermo Domini ad Nathan, *Vade & loquere ad seruum meum, Dauid. Hæc dicit Dominus. Nunquid tu adificabis mihi domum ad habitandum? Ego autem iniro, quia adificabo tibi domum in sempiternum, & omnibus posteris tuis, cum regno perpetuo: nec misericordiam meam auferam ab eo.* Sic dixit, sic & fecit: ad Christi siquidem aduentum in domo Iuda regnarunt, qui de familia & semine Dauid descenderant, quos Christus subsecutus est, qui regnabit in æternum. Igitur si gloria Paradisi sit gratificatio, vniuersalisque remuneratio diuini cultus, & obsequij, à Sanctis Deo exhibiti: Deus autem in hac remuneratione tam liberalis sit, non est difficile coniecturis assequi, quanta futura erit beatorum gloria.

Gen. 22, 12.

2. Reg. 7, 5.

III. Coniectura.

Pretium quod
dari debuit
pro caelesti
gloria.

Habemus & aliam coniecturam, si consideremus quantum est pretium, quod Deus postulat pro hac gloria, cum tamen tam liberalis, tamque munificus sit. Non enim post peccatum hanc gloriam cuiquam dare voluit minori pretio, quam morte & sanguine vnguenti Filij sui, Iesu Christi: ita vt non nisi pro morte Dei detur homini diuina vita: & pro Dei doloribus, homini calesceat detur gaudium: & quia Deus pependit in cruce inter duos latrones, homo nunc regnat inter medios choros Angelorum.

Dic mihi (si quo modo dici queat) quale est bonum illud, quod vt daret tibi, Dominus prius ipse sanguinem sudare debuit: debuit apprehendi, vinciri, verberari, illudi, spinis coronari, & crucifigi? Quale quæso erit illud, quod Dominus, qui alioquin natura sua tam liberalis est, præparauit vt det hominibus, pro pretio tam inestimabili? Qui nōset in hac abyſſo bene piscari, is per hanc coniecturam manifestius, quam per omnes alias, quas quis imaginari posset, huius gloriæ magnitudinem intelligeret.

Exigit etiam Deus, tanquam illius superioris appendicem, pro celesti hac gloria summum, quod exigi posset ab homine: vt tollat nimirum crucem suam, vt oculum dextrum eruat, & abiciat a se, si quod ipsi

Matt. 10.

Matth. 5.

der

Luc 17.

Apos. 22, 27.

det scandalum: vt relinquat patrem & matrem, cum omnibus alijs rebus creatis, si quando aliquid diuinis contrarium mādatis velint persuadere. Cumque fecerimus omnia, quæ pro viribus nostris facere possumus, vult Dominus, vt dicamus nos seruos inuitiles: vult sibi soli dari gloriam, omniaque vt meram gratiā existimari. Illud etiā & per B. Ioannem confirmat, cum dicit, *Ego sum a. & o. initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vitæ gratis.* Dic mihi, quanta & qualia putas esse, pro quibus Dominus postulat tā ardua? quæ etiā cum dederimus, aut fecerimus, adhuc fateri nos vult, ex mera nobis esse donata gratiā ex gratia, vel gratuitō dico, si respiciamus ad id quod valent operari nostra per se, non ad valorem & dignitatem, quā habent à gratia. Dic mihi igitur, si Dominus noster tā magnificus sit, & in gratia conferenda liberalis, si diuina ipsius bonitas omnibus hominibus in hac vita vsū rerum tā differentim concesserit, si omnes creaturæ celi & terræ indifferenter seruiant omnibus, & cōmunis sit tā iniustus q̄ iustus huius mūdi possessio? quis dubitare meritō posset, multō maxima esse, & suprema bona illa, quæ solis iustis preparauit? Quis vnquā inuentus est, qui tantos thesauros gratis contulit illi, qui debitor non erat. Quanta verō maiora dabit his quibus debet? qui tam liberalis est in donis gratuitis, quā liberalis erit in debito remunerando? qui gratia tanta donat, pro fidei quid non reddet ministerio? Si magnificentia illorum, quæ donat, tam sit inestimabilis, quantus erit splendor illorum quæ restituet? Dicit profectō nō potest, nec verbis vllis exprimi, quāta futura sit gloria, quam Dominus dabit electis, cum tam magnifica sint, quæ dedit etiam ingratiss.

IV. Coni-
tura.
Quantitas
Et qualitas
gloria ex ma-
gnitudine lo-
ci.
Psal. 26, 13.

Terræ pul-
chritudo.

Quantitatem quoque & qualitatem huius gloriæ aliquo modo nos docet situs & altitudo loci: cælum scilicet empyreum, quod, quemadmodum omnibus cælis maius est, ita omnium est nobilissimū, pulcherrimum, gloriosissimum, & dignissimum. Hunc locū appellat Scriptura *terram viuientium*, vt significet terram hanc quā nos incolimus, terrā esse mortuorum. Quod si in hac regione mortuorum creaturæ sint tam nobiles, tam pretiosæ, tam excellentes: quales erunt illic in terra perpetuō viuientium? Verte oculos in quācumque mundi huius visibilis plagam, & intue te quot, quæque pulchræ res in eo reperiuntur. Vide quanta sit magnitudo cæli, quantus splendor Solis, Lunæ, & omnium stellarum? quanta sit terræ pulchritudo, tanta plantarum, volucrum, & animalium aliorum varietate, multitudineque exornata? Quā iucundum est videre camporum planities, montium altitudines, vallium viriditatem, fontium scaturigines, abundantiam fluminum, quæ venarum instar per vniuersum terræ corpus decurrunt: & quod maius est, quanta voluptas est videre maris, tot, tamque mirabiliū rerum pleni, amplitudinem? Quid stagna? quid lacus aquæ puræ & limpide? quid aliud sunt, quā oculi terræ, & specula cæli? Quid prata rosarum, aliorumque florum amoenitate vestita? nihil aliud quā cælum in nocte serena lucidum & stellis ornatum. Quid de venis auri, argenti, aliorumque metallorum ditissimis fodinis dicam? quid de adamantibus, pyropis, smaragdis, alijsque gemmis pretiosis, qui cum cælo, & ipsis stellis pulchritudine & claritate sua contendere videntur? Quid de picturis, colorumque diuersitate, quæ in auiibus, alijsque animalibus & floribus conspicitur? Inungatur si placeat naturæ pulchritudini lepor artis, & omnium rerum venustas duplicabitur. Ex arte siquidem varij & præstantes labores in auro & argento fiunt: ex arte vasa, statua, pictura non minus iucundæ, quā artificiosæ: horti & viridaria singulari industria consita, & exornata: ædificia templorum, regum palacia, ex auro, marmore, alijsque rebus tam affabrè facta, & elaborata

vt hominum animos in stuporem rapiant. Si in hoc igitur elemento turpi, & omnium infimo, quod terra mortuorum dicitur, tot, tamque delectabilia, pulchra, & iucunda sint, quot & quanta putas erunt in illo summo loco, qui quanto altior est cælis omnibus, omnibusque elementis, tanto est nobilior, tanto ditior, tanto pulchrior? maxime si consideremus cælestia corpora, ea quæ nostris oculis conspicua sunt, (vt sunt stellæ, Sol, & Luna) in splendore, virtute, pulchritudine, & perpetuitate tot modis superare omnia inferiora: Quid facient igitur illa, quæ sunt ab oculis mortalium abscondita? quæ solis oculis patent immortalibus? Vix diuinari potest aut cogitari hæc præsentia.

Scimus quidem tria esse locorum genera hominibus à Deo, secundum temporum diuersitates, in hac vita designata: primus est vterus maternus, post conceptionem: secundus est mundus hic, statim à natiuitate: tertius erit cælum post mortem, si bene vixerimus. Inter hos locorum ordines ea est proportio, vt quanto præstantior est secundus primo, tanto etiam præstantior erit tertius secundo, tam in diuturnitate temporis, quā in ipsius loci magnitudine, & pulchritudine, alijsque omnibus. Quantum ad durationem vel diuturnitatem, certum est, primæ vitæ tempus non esse longius notum mensibus: secunda vita ad summum centum annorum est: tertia vero infinita est, & æterna. Deinde magnitudo loci primæ vitæ non est maior quā vterus, quo continetur: secundæ verō vniuersus hic, & latissimus terrarum orbis: sed tertiæ locus tanto maior & spaciosior est loco secundo, quanto secundus primo, & præstantiam quā habet in magnitudine, eandem habet in pulchritudine, claritate, diuitijs, alijsque rebus omnibus. Si itaque mūdus hic tanto latior, tanto pulchrior, tanto ditior &c. est vtero materno, quanta erit latitudo, pulchritudo, opulencia, nobilitas &c. illius loci cælestis?

Idipsum & differentia incolarum, in duobus his locis habitantium, manifestissimè declarat: factura siquidem & forma ædificij conformis esse debet inhabitantium in illa conditioni. Hæc, vt diximus, terra est mortuorum, illa viuientium: hæc plena est peccatoribus, illa iustis: hæc hominibus, illa Angelis: hanc incolunt penitentes, illam qui peccatorum remissionem consecuti sunt: in hac habitant militantes, in illa triumphantes: denique hæc habitatio est amicorū & inimicorum, illa tantum amicorum, & electorum. Si itaque tanta sit inhabitantium differentia, quanta putas erit locorum? præsertim cum Deus loca omnia suis habitatoribus faciat conformia, *verè gloriosa dicta Psal. 86, 3. sunt, de te ciuitas Dei.* magna est spatium & latitudine, pulchri aspectus & forma, pretiosa materia, nobilis societas, suauis exercitijs, diues omnibus bonis, & libera atque immunis ab omnibus malis. In omnibus rebus magna es, maximus enim est qui te condidit, & præstantissimus est finis, in quem condita es, nobilissimique quoque habitatores, in quorum vsū condita es.

Omnia hæc pertinent ad accidentalem gloriam. Sod & alia est gloria sine vlla comparatione maior, quæ essentialis dicitur, & consistit in visione & possessione ipsius Dei, de qua dicit B. Augustinus, Præmium virtutis ipse erit, qui Virtutē dedit qui videbitur sine fine, amabitur sine fastidio, & laudabitur sine molestia. Aded vt præmium hoc maximum sit, nec maius vllum esse possit: quia nec cælum est, nec terra, nec mare, nec aliqua creatura: sed Creator ipse, & Dominus vniuersorum, qui etiam vt vnum, ita simplicissimum bonum est, in quo nihilominus omnia bona inueniuntur.

Ad maiorem huius rei intelligentiam, sciendum est, vñ ex mirabilioribus, quæ in hac substantia sunt, esse hoc, quod diximus, vna nimirū cum sit & simplicissima, tamen omnes omnium rerum, idque summa emi-

V. Coni-
tura.
Tria locorū
genera homi-
nibus à Deo
designata.

VI. Coni-
tura.
Ab incolarū
nobilitate.

Essentialis
gloria.
S. Aug. lib.
vlt. de ciuita-
te Dei. c. 30.

Deum omnia
rerum perfe-
ctio.

ma eminentia, concludat perfectiones. Cum enim creator & plures sit omnium, & ille qui gubernat, atque dirigit omnia ad ultimum suum finem, & perfectionem: fieri non potest, ut ipse non habeat, quod alteri dat, aut laboret aliqua penuria illius, quod tam abunde alijs distribuit. Hinc est quod omnes beati spiritus gaudeant videndo in illo solo res omnes; singuli tamen secundum gloriae suae proportionem quatenus nati sunt. Etenim quemadmodum nunc creaturae sunt tanquam specula, in quibus Dei pulchritudo aliquo modo speculatur; sic & tunc Deus erit speculum, in quo lepor & veritas omnium creaturarum videbitur: & visio illa multo erit perfectior, quam si in ipsis creaturis videretur. Ita ut Deus sit illic futurus vniuersale bonum omnium Sanctorum, perfecta felicitas, & facies omnium ipsorum desideriorum. Illic Deus erit speculum oculis Sanctorum, musica auribus, nectar & ambrosia palato, & odoriferum balsamum ipsorum odoratiui. Illic videbimus varietatem & pulchritudinem temporum, iucunditatem Veris, claritatem Aetatis, abundantiam Autumni, & Hyemis quietem. Ibi denique erit quicquid potest exhilarare sensus, & potentias singulas animarum nostrarum. Illic (ut Bernardus dicit) Deus erit plenitudo lucis nostro intellectui; multitudo pacis voluntatis, & continuatio aeternitatis nostrae memoriae. Illic sapientia Salomonis videbitur ignoratia; illic pulchritudo Absalonis deformitas; illic imbecillitas fortitudo Sampsonis; illic quasi mors erit vita primorum, qui statim a mundo condito vixerunt hominum: illic denique omnium Regum & Imperatorum thesauros inopia & paupertatem merito quis poterit appellare.

Deum omnia
in omnibus.

S. Bernard.
lib. medita.
c. 4. & 16.

Exod. 5.
Hier. 2.

Si haec ita sunt, o homo infelix, (viti reuera sunt) quare, & quem in finem in terra Aegypti cupis diutius harere, & paleas colligere? cur ex omnibus cisternis aquam bibis turbidam, spernens venam felicitatis, & fontem aquarum viuentium? cur mendicare lubet, & ex stipe querere, quod illic inuenies in abundantia? Si desideres voluptatem, elena cor tuum, & vide quam delectabile erit bonum illud, quod in se continet omnium bonorum voluptatem. Si tibi placeat haec vita creata, quanto magis placebit illa, quae creauit omnia? Si te exhilaret sanitas facta, quanto magis exhilarabit ea, quae fecit omnia? Si cogitatio creaturarum dulcis sit & accepta, quanto dulcior erit ipse Creator? Si tibi grata sit pulchritudo, ille est cuius pulchritudinem Sol & Luna admirantur. Si appetas nobilitatem, ipse fons & origo totius nobilitatis. Si quaeras vitam longam & incolumitatem, hic inuenitur perpetua. Si cupias satietatem & abundantiam, hic summa est bonorum omnium. Si delecteris concentu musico, & harmonia mortalium; illic immortales Angeli modulantur dulcissimam & organa ciuitatis Dei illic cum summa suauitate audiuntur. Si tibi adlubuerint amicitiae, familiaritates, & commercia bonorum; illic inuenies omnes electos, habentes animam vnam, & cor vnum. Si diuitias & honores sitias, ea in domo Domini cum abundantia inueniuntur. Denique si omnia penarum, tribulationum, & miseriarum genera fugere desideres, ibi reperies libertatem & immunitatem omnium illorum.

Gen. 17.
Circumcisio-
nem mysticam.

Aug. cap. 17.
Manualis &
Me. itat. c. 22

Preceperat Deus in veteri lege die octauo Circumcisionem celebrari, ut tacite indicaret, quod octauo die Resurrectionis, qui succedet huius vitae septimanae, Deus circumcidet, & amputabit omnes molestias, arumnas, & calamitates eorum, qui pro amore illius, dum viuerent, appetitis, superfluitates, & peccata sua circumdiderunt. Quae res itaque excogitari potest beatior, hac viuendi conditio, ab omni miseria rum genere liberrima? Quid inquit Augustinus, hac vita beatius ubi non est paupertatis metus, non aggritudinis imbecillitas? Nemo laeditur, nemo irascitur,

Granatens. Opus. spiritual.

LIBER I. PARS I.

nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris aut potestatis pulsio ambitio? Nullus ibi Diaboli metus, insidiae Daemonum nulla: terror Gehennae procul, mors neque corporis, neque animae, sed immortalitatis munere iucunda vita. Nulla erunt tunc mala, nusquam discordiae: sed cuncta conuenientia: quia omnium Sanctorum una erit concordia. Pax cuncta & letitia continet, tranquilla sunt omnia & quieta, iugis splendor; non ille qui nunc est, sed tanto clarior, quanto felicius, quia ciuitas illa, ut legitur, non egebit Sole neque Luna: sed Dominus omnipotens illuminabit eam; & lucerna eius est Agnus, ubi Sancti fulgebunt, ut stella in perpetuas aeternitates, & sicut splendor firmamenti, qui erudit multos. Quapropter nox ibi nulla, nulla tenebrae, concursus nubium nullus, nec frigoris ardorisque asperitas vlla: sed talis erit rerum temperies, quam nec oculi videri, nec auris audiri, nec in cor hominis ascendit, nisi illorum, qui ea perfici digni inueniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro vitae. Verum super haec omnia est consociari choris Angelorum & Archangelorum, atque omnium caelestium virtutum: intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apostolos, atque omnes Sanctos: videre etiam parentes nostros. Gloriosa sunt haec, sed multo gloriosius est, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre; Superexcellens gloria erit, cum Deum videbimus in seipso videbimus & habebimus in nobis; quem cernere finis non erit.

Apoc. 22.

Dan. 12, 3.

Esa. 64.

1. Cor. 2, 9.

O anima mea, inquit idem Sanctus, si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria sua videre possemus, & Sanctis eius sociari: nonne dignum esset pati omne quod triste est, ut tanti boni, tantae gloriae participes haberemur? Insidit enim ergo Demones parent suas tentationes: frangant corpus ieiunia, premant carnem vestimenta, labores grauent, vigiliae exsiccent, clament in me iste, inquietet, me ille vel ille, frigus incuruet, conscientia murmuret, calor irat, caput doleat, pectus ardeat, infletur stomachus, palleat vultus, infirmetur totus, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, ingreditur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Quae enim erit iustorum gloria? quam gradis Sanctorum letitia? cum unaquaeque facies fulgebit ut sol? Haec tenet B. Augustinus.

Aug. in Ma-
nueli. c. 15.

Omnia toleranda pro caelesti gloria.

Si bonum itaque hoc tam ingens sit, & tam vniuersale, qualis erit felicitas & gloria illorum oculorum beatorum, qui haec omnia contemplabuntur? Quam magnum erit videre pulchritudinem huius ciuitatis? gloriam ciuium illius? faciem Creatoris? magnificentiam aedificiorum? diuitias palatii, & commune illius patriae gaudium? Quam iucundum erit videre ordines beatorum Spirituum? & auctoritatem sancti illius Senatus? maiestatem venerandorum illorum Seniorum, quos vidit B. Iohannes, super thronos sedentes in conspectu Dei, circumamictos vestimentis albis, & in capitis eorum coronas aureas habentes? Quam suauiter & delectabile erit audire dulces illas voces angelicas, conceptus illorum musurgorum, phonsorum, & sanctorum psalteriarum psalmodiam, ordinatissimeque compositam symphoniam, non quatuor aut quinque vocum, qualis est ea, qua nunc utimur, sed tot vocum & numerorum varietate modulata, quot illic erunt Electi? Quanta voluptas erit audire iucundissimas cantilenas, quas audiuit B. Iohannes in Apocalypsi sua: Et adorauerunt, ait, Deum dicentes, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio: honor, & virtus & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum, Amen.

Apoc. 4, 4.

Apoc. 7, 10.

Si tanta futura sit gloria & iucunditas, audire hanc vocum harmoniam & consonantiam, qualis erit videre

videre concordiam corporum & animarum tam conformium? quanto adhuc illo mirabilius, videre tantam vnionem hominum & Angelorum? Quid hominum dico & Angelorum? imò tam ingentem vnionem inter hominem & Deum ipsum? Super omnia hæc imaginari commodè non possum, quam gratum erit videre campos, spatiosissimos fontes illos vitæ, & pascua pinguisima in montibus Israel. Quid erit accubere ad mensam illam regalem, habere locum inter nobiles illos inuitatos, & intingere manum cum Deo in vnâ eandemque patinam: id est, vna eademque Dei gloria perfrui? Illic Sancti requiescent, gaudebunt, cantabunt, laudabunt, & ingredienti, egredientesque inuenient suauitatis inestimabilis pascua. Si tanta & tam pretiosa sint, quæ fides nostra Catholica promittit virtutum præmia; quis tam cæcus, deses, negligens, & obstinatus esse velit, vt non moueatur, & totis viribus non contendat ad præmium & mercedem tam amplam & copiosam consequendam?

DECIMVS TITVLVS.

VLTIMVM NOSTRORVM QVAMVIS
non nouissimorum, penas scilicet infernales, nos ad
Virtutem appetendam obligare.

CAPVT X.

Minimum quidem illorum bonorum, quæ hæcenus a nobis commemorata sunt, sufficere deberet, ad generandum in animis nostris amorem virtutis, per quæ tanta bona consequi licebit. Nunc autem si huic tam immensa gloriæ magnitudo penarum infernalium, quæ malis præparatæ sunt, adiungatur, quis adeo durus erit, & præfacto animo rebellis, vt relictis vitijs, virtutem non iubens velit in postea amplecti?

Non enim impius & peruersus hac sese voce poterit consolari. Esto malus sum & iniquus; quid ergo gloriam quidem celestem non intrabo, nec cum Deo exultabo: in hoc omne meum consistit supplicium. De cæteris non sum sollicitus, quia nec penam aliam, nec gloriam habeo. Falleris, mi frater, non ita feres habet, fatale enim est, & omnino necesse, vt alterum horum tibi obueniat, aut vt regnes semper cum Deo, aut vt ardeas semper cum Dæmonibus in flammis sempiternis. Inter enim duo hæc extrema, nullum datur medium. Limbo Patrum, & Purgatorio exceptis.

Hæc in figura duorum illorum calathorum, quos Dominus Ieremiæ Propheta ante portam templi ostendit, pulcherrimè adumbrantur: horum enim vnus ficus bonas habebat nimis, vt solet ficus esse primi temporis; & calathus alter ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent mala. Voluit Dominus hoc spectaculo propheta duo genera hominum demonstrare; vnum, cui misericordiam suam exhiberet, alterum, quod secundum iustitiam suam puniret: primorum illorum hominum fors bona erit nimis, nec dari potest melior: aliorum verò mala nimis, quæ peior non potest inueniri. Sors bonorum est videre Deum, quod omnium bonorum summum est: infortunium verò & infelicitas malorum erit, visione Dei in æternum priuari; quod malum est omnium malorum pessimum. Hæc meritò considerare, & iugiter meditari deberent illi, qui non verentur mortale peccatum perpetrare, cum videant tantum onus & tam durum supplicium peccato constitutum.

Baituli seu dosluarii, quoties ad onus humeris vectandum vocantur, ante omnia diligenter illud inspicunt, eleuandoque probant, an humeri pares oneri sint, & an portare illud poterunt; & tu miser, cui peccata sic adlubescunt, qui pro exigua voluptate te ad portandum onus illius emancipasti, vah insane, proba primum quanta sit grauitas oneris (pena scilicet,

quàm pro ista voluptate sustinebis) vt intelligas, si tibi vires sint illam sufferendi.

Vt autem commodius illa probatio fieri possit; quandam hic in medium adducam considerationem, ex qua poteris aliquo modo intelligere qualitatem & magnitudinem pena infernalis: vt periculum facias, an sufficiens sis, ad portandum onus, quod tibi ferendum suscipis, cum peccas. Quamuis hanc materiam alio loco copiosius tractauimus, alijs tamen, ijsque diuersis argumentis eam hoc loco reperemus: tanta enim huius materiae vbertas est, vt nunquam satis de illa dici possit, & per omnia stimulos ad bene viuendum administret. Sit itaque prima consideratio, magnitudo & infinita immensitas Dei, qui peccatum castigabit; vt videamus qualis in omnibus suis operibus Deus est. Hoc autem volo dicere, quod Deus in omnibus magnus est, & admirabilis: non tantum in mari, terra & celo: sed etiam in inferno. Adeo vt si Dominus in omnibus suis operibus Deus sit, (vt videmus esse) erit etiam Deus in ira, iniustitia, & in supplicio peccantium. Propterea Dominus ipse dicit apud Hieremiam, *Me non timebitis, & a facie mea non delebitis*, qui p'sur a enim terminum maris, cum præcepto sempiterno, quod non præteribit? & intumescite (ad celum) fluctus eius, & non transibunt illud, id est, terminum à me constitutum, quasi dicere voluisset, An non æquum est vt timeatis brachium Dei, tam potentis, cuius magnitudinem opus hoc admirabile satis ostendit? Qui itaque magnus est in operibus suis vniuersis etiam magnus non erit in castigandis peccatoribus? qui propter vnum dignus est, quem reueremur & adoremus, an ne & ob aliud dignus erit, qui timeatur? Hanc ob causam idem Propheta, licet innocens erat, & in vtero matris sanctificatus, Dominum tantopere metuebat, cum diceret; *Non est similis tui Domine, magnus es tu, & nomen magnum tuum in fortitudine. Quis non timebit te o Rex gentium? tuum est enim decus inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis illorum non est similis tui*. Et in alio loco, *Elongauit me ab hominibus, eo quod plenum esset cor meum timore indignationis tue*. Et si Propheta iste certus esset indignationem illam non in se accensam esse; talis tamen & tanta erat, vt & ipsi timorem incuteret. Merito itaque dictum est, *quod respicit terram & facit eam tremere, tangit montes & fumigant, quod stella & columbae calidum nutum eius pauent & contremiscunt*: dicitur & de illo non absqueratione, quod ante Maiestatem eius tremunt magni illi principatus, & suprema potestates. Non quia securi non sunt de sua gloria, sed quia magnitudo maiestatis diuine illis timorem & tremorem adfert. Si itaque non sine timore sint, qui sunt perfecti, quid facient rei, contemptores diuinæ Maiestatis? Illi enim sunt, in quos omnem furorem ira sua effundet. Hæc est vna ex præcipuis rationibus, cur metuenda sit huius supplicij magnitudo, quemadmodum & B. Ioannes aperte docet, in sua Apocalypsi, vbi de flagellis & tormentis Domini hoc modo loquitur: *Idcirco in vno die venient plaga eius*, (loquitur de Babylone) *mors & luctus, & fumes, & igne comburentur, quia fortis est Dominus Deus, qui inducit illum*. Apostolus quoque non ignorabat fortitudinem huius Domini, & propterea dicebat, *horrendum esse incidere in manu Domini*. Non est horrendum incidere in manus hominum, quia non adeo potentes sunt; quin violentiam eorum possumus effugere, & furorem declinare: nec tantam habent illi auctoritatem, vt animam queant in infernum detrudere. Propterea discipulis suis Saluator dicebat: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius time-te eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*. Hæc manus sunt, in quas B. Apostolus horridum esse dicit incidere, Ex his non difficile colligitur, quæ sit natura

Lib. 1 de O-rat & medi-rat.
Magnitudo pena ex magnitudine Dei.

Hier. 31.

Hier. 10, 6.

Psal. 105, 32.

Iob. 26, 11.

In præfat. Missæ.

Apoc. 18, 4.

Hebr. 10, 31.

Matt. 10, 28.

Duas esse
vias.

Hier. 24, 2.

Simile.

Ecclia. 2, 22.

fit natura manuum illarum, de quibus loquitur Ecclesiasticus, dicens, *Si prouidentiam non egerimus, incideremus in manus Domini, & non in manus hominum.* Ex quibus omnibus manifestissimum fit, quod quemadmodum Deus magnus est in potentia, in Maiestate, & in omnibus operibus suis, ita & magnus erit in ira, in iustitia, & in supplicijs malorum.

Magnitudo iustitiae Dei.

Num. 16.

Idem & apertius adhuc spectatur in diuina iustitia examinanda, cuius effectus & executiones sunt ista supplicia. Ea autem ex effectibus aliquo modo cognoscitur, id est, ex horrendis penis hominibus malis à Deo diuersis temporibus irrogatis, quæ variè in Scripturis commemorantur. Quam terribilis fuit ista poena Dathanis & Abironis, omniumque compliceum illorum, quos aperiens os suum terra deglutiuit, cum tabernaculis eorum, & vniuersa substantia, descenderuntque viui in infernum, ea quod seditionem mouissent in Moysen & praelatos suos? Quis vnquam similia minarum audiuit genera, quæ in Deuteronomio leguntur, ijsque intentantur, qui legem Domini non obseruant: vbi inter alia horrenda & metuenda

Deut. 28, 52.

Vir clā expre-

re comedit

fructus, & mu-

lier clam vi-

ro, ut soli co-

medant.

fic dicit Dominus; *Obsideberis intra portas tuas, in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedet fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederat tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate, qua opprimit te hostis tuus. Homo delicatus in te, & luxuriosus valde, inuidebit fratri suo, & uxori, quæ cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedit: eo quod nihil aliud habeat, in obsidione & penuria, quæ vastauerint te inimici tui, intra omnes portas tuas. Tenebra mulier, & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter molliem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filia eius carnibus, & illius secundinarum, quæ egrediuntur de medio foeminarum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt: comedit enim eos clam, propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate, qua opprimit te inimicus tuus, intra portas tuas. Horribiles & tremendæ sunt poenæ istæ: tamen & hæc, & omnes aliæ, quibus in hoc seculo sunt vnquam homines mulctati, aliud nihil sunt, quam exigua vmbra & figura illarum, quæ damnatos manent in altero: erit enim tempus illud, in quo relucebit diuina iustitia aduersus illos, qui hic illius misericordiam respuerunt. Quod si vmbra tam fit horrenda, veritatem ipsam quis poterit tolerare? Quod si nunc, cum iustitia diuina adhuc misericordia temperatur, & calix iræ Domini aqua gratia misceatur, tam amarus adhuc esse videatur: quid erit cum purus, absque misericordia propinabitur, his præsertim qui misericordiam cum proximo habere noluerunt: etiam si supplicium minus semper futurum sit ipso peccati merito?*

Ex misericordia Domini colligitur magnitudo poenarum.

Non tantum magnitudo iustitiæ poenarum magnitudinem arguit: sed & magnitudo misericordiae, de cuius bonitate tantum præsumunt homines flagitiosi. Etenim quid magis admirandum, quam Deum videre carne vestitum humana, atque in illa omnia tormentorum atque opprobriorum genera perferre, ab introitu eius in hanc vitam, vsque ad egressum ex illa, quam in ligno finiuit? Quæ maior misericordia, quam in hunc mundum venire, & totius mundi debita in se recipere, vt illis mundum exoneraret? & sanguinem suum effundere pro ijs ipsis, qui sanguinem illum effundebant? Igitur quemadmodum opera diuinæ misericordiae stupenda sunt, ita erunt & diuinæ iustitiæ metuenda: cum enim in Deo non sit maius aut minus, sed omne illud quod in Deo est, fit Deus; quanta eius est misericordia, tanta necessariò est eius iustitia, in his quæ pertinent ad illam. Quemadmodum enim ex quantitate & magnitudine vnius brachij, alterius quantitatem colligimus: sic magni-

Simile.

tudine brachij diuinæ misericordiae, iustitiæ quoque diuinæ quantitatem metimur: cum vna eademque sit vtriusque mensura. Nunc itaque obsecro, dic mihi, si in tempore illo, quo voluit Deus suam mundo misericordiam exhibere, res operatus est tam admirandas, tamque mundo incredibiles, vt mundus illas stultitiam arbitratus sit: vbi appropinquauerit tempus secundi aduentus, in quo statuit ostendere magnitudinem suæ iustitiæ, quid putas faciet? tanto maiores habens & plures occasiones, quanto plura erunt & maiora hominum crimina. Nō enim habuit misericordia, qui eam prouocaret, aut impetraret, cum in humana natura nihil esset, quod illam merebatur: sed iustitia diuina tot habebit stimulos, tot impulsiones, vt sese vlciscatur, quot fuerunt peccata in hoc mundo perpetrata: atque ex his sufficientes desumi possunt coniectura, quanta, & quam terribilis diuina iustitia futura sit. Optime declarat illud D. Bernardus in quodam sermone de natiuitate Domini: Sed quam facilis fuit in primo aduentu, tam difficilis erit in secundo: & sicut modò nemo est qui reconciliari non possit, ita post paululum nemo qui possit. Quoniam sicut benignitas apparuit vltra omnem spem, vltra omnem estimationem; similem expectare possumus iudicij distictionem. Immensus est Deus & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia: multus ad ignoscendum, multus ad vlciscendum: sed misericordia quidem priora sibi vendicat: vt si voluerimus, distictio inuenire non possit in quem seuiat. Hæc ille. Ex ijs abundè satis spectatur, quomodo ex misericordia Dei quantitas illius iustitiæ colligatur. Vtrumque demonstrat pulcherrimè diuinus ille Psalter, *Deus noster, ait, Deus saluos facienti, & Domini Domini exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.* Vides ex his, mi frater, Dominum tam esse hostibus & rebellibus suis seuerum, quam est amicis placabilis.

Duplici aduentus Christi sic collatio. 1. Cor. 1.

Bern. Serm. 1. de Natiuit. Domini.

Psalm. 67, 22.

Idipsum doceat apertissime diuina patientia, qua vtitur, tam erga mundum vniuersum, quam erga singulos homines bonos & malos. Videmus enim plurimos homines tam inordinatos, tamque perditæ vitæ, vt à quo primum oculos rationis aperire ceperint, vsque ad vltimum vitæ diem, maiorem vitæ partem offendendo Deum, & contemnendo diuinam ipsius mandata consumant: nec promissionum, nec minarum, nec beneficiorum, nec consiliorum Dei, nec alterius cuiusque rei rationem habentes. Nihilominus toto illo vitæ tempore summa Bonitas eos expectat, cum magna patientia: non præciciens filium vitæ; non cessans eos multis modis ad penitentiam vocare, licet emendationis nullum in ipsis videat indicium. Sed cum ad finem pertenerit longa illa patientia, si effuderit in illos thesauros iræ suæ, (quos tot annorum curricula paulatim in sinum iustitiæ collegit) quo impetu, quæ puras violètia obruentur? Quid aliud voluit Apostolus significare, cum diceret: *An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis contemnitis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducat? Secundum autem diuitiam tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram, in diem iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius.* Quid est quod dicit, thesaurizas tibi iram, nisi vt significet, quod vt aliquis colligens thesaurum, quotidie denarium denario addit, & diuitias diuitijs cogerit: sic enim massa crescit: ita Dominus quotidie amplificat thesaurum iræ suæ, quemadmodum perversus homo malis suis operibus rationes pro illis reddendas auget. Dic mihi quæso, si quis thesauro colligendo tam pertinaciter insistet, vt nec dies nec hora aliqua elaberetur, quæ non aliquid illi adijceret; idque per spatium annorum quinquaginta vel sexaginta: si quando post ea solueret signacula, &

speriret serinia, quàm immensum ille thesaurum inueniret? O homo infelix, non animaduertis, quòd nec dies praterit, nec hora in qua non auge thesaurum illumina diuina, qui in tuam perniciem referatur? crescit autem ille, & augetur peccatis singulis, quæ tu committis. Et si enim non esset aliud, quàm turpes conspectus tuorum oculorum, immunda cogitationes, praua desideria & odia tui cordis, verba & iuramenta oris tui, ista sola satis essent ad mundum vniuersum implendum. Si verò his adiungantur omnia alia vitia, & peccata tua; meditare quæso quàm immensum ira Dei thesaurum tibi coacervasti tot annorum spatio? Adhuc & ingratitudo atque malitia peruersorum hominum si bene disculantur, nobis magnitudinem pœnarum diuinarum commonstrant. Quòd autem hoc verum est, cõsidera bonitatem & liberalitatem Dei erga homines: illud etiam quod ipse fecit & dixit in hoc mundo, cum illo quod pro omnibus ijs passus est. Perpende quoque commoditates & apparatus in vsum hominum, vt cõmode viuere possent, ab illo factos: omnia quæ ipsi peccantibus ignouit, aut quasi dissimulauit; quanta bona ipsi contulit, à quor malis ipsos liberauit, aliaque multa genera fauorum & beneficiorum, quæ quotidie illis præstat. Omnia hæc thesaurum iræ Dei augent & multiplicant. Deinde etiam in mētem reuoca hominum circa Deum obliuionem, & negligentiam: ingratitudinem quoque illorum, & rebellionem; blasphemias deniq; & contemptum, tam ipsius Dei, quàm mandatorum eius; quæ sanè tanta sunt, vt nō tantum pro aliquo lucro vel emolumento, quod ex peccato expectatur, sed sæpius ex sola malignitate impudenter pedibus conculcet omne id, quod Dominus mandauit. Ille igitur qui absq; vlla verecundia spreuit tantam Maiestatem, non aliter atque siculicus aliquis Deus fuisse; qui toties, vt Paulus loquitur, *Filium Dei concitauit, & sanguinem testamenti pollutum ducit in quo sanctificatus est.* Ille qui toties illum crucifixit operibus suis ipsorum Ethnicorum peioribus, quid illi expectandum est aliud, quàm cum hora reddēde rationis aduenerit, honorem Deo restituat, aut tantas det pœnas, quanta fuit iniuria, quia Deum affecti? Cū enim iustus iudex Deus sit, officiū eius est, id cauere, ne minora sint supplicia iniurijs illatis: sed paria sint peccato illius, qui iniurius fuit. In hoc autem casu, si Deus sit cui iniuria illata est, quæ poterit in corpus & animam condemnati sententia pronuntiarī, vt dignis pœnis recompenferetur facta iniuria? Quòd si in satisfactione offensæ Deo facta necessarius fuerit sanguis Filij Dei, (supplendo personæ dignitate, quod supplicij magnitudini deerat) quid fiet, vbi recompensatio præstanda erit, non dignitate personæ, sed sola pœna seueritate?

Hebr. 10, 29.

Pœna debet esse pœna.

A persona sacrificis, ad est, diaboli, magnitudo supplicij colligitur.

Iob 1.

Sed à conditione Iudicis, ad conditionem & qualitatem carnificis (cuius erit sententiam Iudicis exequi) veniamus. Is qui futurus sit, si queratur, Diabolum fore dico, à cuius manibus quid sperandum est, neminem dubitare existimo. Attamen vt aliquo modo intelligas, quanta est eius executoris crudelitas: considera quæso, quàm inhumaniter eos tractat, qui eius sunt potestati traditi, qualis fuit B. Iob. Vides crudelem hunc Tyrannum eo modo in virum innocentem defecisse, vt maiori aut immittiori in creaturam rationalem scire non posset: non habens vel minimam pietatem, vel misericordiam. Nōne oues eius, puerosque igne caelitus demisso tactos consumpsit? nōne per Sabæos boues & asinos omnes, & per Chaldæos camelos abstulit, & famulos gladio percussit? nōne ades prostrauit, & ruina filios eius oppressit? nōne denique & corpus illius percussit vlceribus, à planta pedis, vsque ad verticem eius, nec quicquam ipsi reliquum fecit, præter sterquil-

nium & testam, qua saniem radebat? reliquit illi vxorem, & amicos incolumes, non ad refrigerium & solatium; sed vt ipsi suis sermonibus essent tanquam vermes, qui interiora viscera pauperis & miseri lobi deuorarent. Omnia hæc in hominem & potuit, & ausus est, diuino permittente iudicio. Sed qua crudelitate, & immani tyrannide Saluatorem nostrum excepit, ea præsertim nocte, qua traditus erat potestati tenebrarum? paucis id verbis explicari non potest. Si itaque hostis ille cum suis satellitibus, tam ferus sit, tamque crudelis & inhumanus carnifex, tam sanguinolentus, & generi humano inimicus: quid facies, o miser, quando videbis te manibus illius permissum, vt in te omnem exerceat crudelitatem, iuxta diuinæ iustitiæ dispensationem? Ah res hæc est nimium horrenda. Neque cogitandum est, supplicium hoc fore vnius noctis, diei, vel anni: sed duraturum illud semper, id est, in omnem æternitatem. Quid tibi videtur, putas ne te boni viri manibus fore commissum? O quàm obscura dies erit illa, quando potestati luporum tam rapidorum te traditum agnosces? Vt autem melius intelligas, quæ tibi beneuolentia erit à manibus istis expectanda, referam exemplum notabile, à B. Gregorio quondam descriptum Adolefens qui. dam, inquit, in meo erat nuper monasterio, Theodorus nomine, vitæ dissolutæ, & salutis suæ negligentissimus. In hac autem pestilentia, quæ nuper huius vrbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est ductus ad mortem. Cumq; extremum spiritum ageret, conuenerunt fratres, vt egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte fuerat premortuum, in solo tantum pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autē fratres tanto pro eo cœperunt enixius orare, quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Tunc repente cœpit eisdem fratribus assentibus clamare, atq; cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere dicens: Recedite, recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui propter vestrā præsentiam deuorare me non potest. Caput meum iam suo ore absorbit: datus locum, vt me non amplius cruciet: sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere: Quid est quod loqueris frater? signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondit ille, dicens: Volo me signare, sed non possum: quia squamis huius draconis premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terram cum lachrymis cœperunt, pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito cœpit agger clamare dicens: Gratias Deo, ecce draco, qui me ad deuorandum acceperat, fugit: orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modò intercedite: quia conueri paratus sum, & secularē vitam funditus relinquere. Quod & factum est.

Greg. lib. 4. Dial. cap. 37. & 38. & homil. 12. in Euangel.

Horvandum exemplum.

De iisdem Dæmonibus loquitur B. Ioannes in Apocalypsi sua, per modum horribilis figuræ. Et vidit, ait, Apoc. 9. 1. stellā de celo cecidisse in terram: & data est ei clauis putei abyssi. & aperuit puteum abyssi. & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magna: & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustæ in terrā, & data est eis potestas, sicut habent potestas scorpiones terræ, & præceptū est illis, ne laderent scānū terræ, neque omne viride, neque omne arborē, nisi tantum homines, qui non habent signū Dei in frontibus suis, & datum est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarentur mensibus quinque, & cruciatus eorū vt cruciatus scorpionis, cum percutit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & nō inuenient eam: & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Et similitudines locustarū similes equis paratis in præliū, & super capita earū tanquā corona similes auro, & facies earum tanquā facies hominū. Et habebant capillos, sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut

Apoc. 9. 1. Descriptio Diabolica potestatis.

sicut leonum erant: & habebant loricas sicut loricas ferreas; & vox alarum earum sicut vox currum equorum militum, currentium in bellum & habebant candelas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Haec dicit Dominus Deus: Dic mihi nunc, mi frater, quare fuit mens Spiritus sancti (is enim huius scripturae auctor est) cum sub horrenda illa & formidanda figura voluit significare flagellorum diuinæ iustitiæ magnitudinem? Quare alia fuit eius intentio, quam ut per terribilem istum horrorem admoneret homines, ne immemores sint qualis sit ira Dei, & qualia sint illius iustitiæ instrumenta: qualia sint supplicia malorum & qualis sit potentia nostrorum aduersariorum: ut metuendo istarum rerum terrore moniti Deum offendere vereamur? Etenim quæ stella illa est, quæ de cælo cecidit in terram, & cui datæ sunt clauis abyssi, nisi splendidissimus ille Angelus, qui è cælo cecidit, cui data est potestas tenebrarum? & quæ locusta illa, similes equis armata, & in prælium parata, nisi Furia infernalis, & arma sociorum, satellitum adiutorum, & ministrorum illius, qui sunt Dæmones? Quid ferunt, quid plantæ virides, quas ladere prohibentur, nisi iusti qui virent, florent quæ humore diuinæ gratiæ, & fructum faciunt æternæ vitæ? qui sunt qui non habent signum Dei in frontibus suis, nisi illi, qui non habent spiritum Dei, qui signaculum est seruorum, & ouium gregis illius? Aduersus miserabiles itaque illos tantus diuinæ iustitiæ exercitus armatur, ut in hac vita, & in futura, secundum conditionem & merita singulorum torqueantur, & excarnificentur ab ipsis Dæmonibus, quibus seruiuerunt, non aliter atque Ægyptiæ a muscis aquaticis & ranis cruciati sunt, quas ipsi pro Dijs adorabant. Quam horrendum itaque erit, in loco illo maledicto tam terribilia monstra & larvas videre addeò metuendas? Quam formidandum videre illic Draconem illum famelicum, & rabie frementem horribili: magnum illum Behemoth, de quo dicitur in libro Iob, *qui fringit caudam suam ut cedrum, absorbet flumina; & pascit montes?*

Exod. 8.

Iob 40, 12.

Conclusio.

Quæ hæcenus à nobis dicta sunt, satis superque declarant, quam intolerabiles futurae sunt poenæ malorum. Quid enim ex omnibus ijs sperandum, nisi horrenda supplicia? Quid expectandum ex magnitudine & immensitate Dei, de magnitudine dico iustitiæ illius, in castigandis impijs & peccatoribus? quid ex magnitudine illius patientiæ, quæ tam clementer sustinet, & ad penitentiam expectat peccatores? quid ex multitudine beneficiorum, quibus onerat peccatores, ut illorum suauitate illos ad se trahat & alliciat? quid de magnitudine odij, quo est in peccata? peccatum enim, quod infinitam offendit Maiestatem, odium meretur infinitum. quid ex magnitudine furoris inimicorum nostrorum, qui tam potentes sunt in cruciatibus & tormentis? ad malefaciendum tam parati? Quid inquam sperandum est, ex omnium harum rerum magnitudine, nisi maximum & inauditum peccati supplicium? Si itaque poena tam magna sit, quæ peccato est præparata, nec illam quis effugere queat, nec ipsa vnquam deficiat; (sic enim fides nostra prædicat) quæ ratio, aut quæ potius cecitas illorum est, qui credentes hæc & confitentes non animaduertunt onus intolerabile, quod in se recipiunt, cum peccant? committentes enim vnum peccatum mortale, ad hanc poenam obligantur, quæ præmissis rationibus esse tam immensa probatur.

De æternitate istarum poenarum.

Ceterum præterquam quod ea quæ hæcenus dicta sunt sufficiant ad metum & timorem maximum in nobis generandum, multo tamen erunt efficaciora, si istarum poenarum perpetuitatem consideremus. Nam si in ijs vnus terminus, aut remis-

sio vel refrigerium esset inueniendum, saltem post multa annorum millia, esset profecto summum miseris istis solatiū. Sed quid dicam de Æternitate, quæ nullum agnoscit terminum alium, quam quem habet æternitas ipsius Dei? quod spatium tam est diuturnum, quod (ut quidam insignis Doctor testatur) si quis illorum damnatorum singulis millenis annis vnā effunderet materialem lachrymulam, maior aquarum copia ex oculis illius proflueret, quam totus hic mundus sua concuitate posset continere. Quid terribilius dici potest vel excogitari? Quod si omnia tormenta, quæ in inferno sunt, acicularum tantum essent puncturæ, propter æternitatem tamen adhuc sufficere possent, ut mouerent hominem ad fuscipiendum alacri animo poenas, tribulationes, crucis, & quicquid miseriarum in mundo est; saltem ut æternas poenas effugiat. O si illud Æternum in animo tuo semper moraretur & habitaret, quam vtile tibi foret? Legitur de quodam homine mundi vanitatum studioso, qui cum quodam tempore incidisset in Æternitatis illius cogitationem, expauescens re tam diuturna, quæ finem non habebit, ita secum philosophatus est: Non posset inueniri homo aliquis in hoc mundo sani cerebri, qui totius mundi imperium vellet acceptare, ea conditione, ut annorum triginta vel quadraginta spatio, in lectulo rosis & floribus vernantibus strato extensus iaceat: Quod si ita sit, quæ mania, quæ phrenesis, quæ hominum est amentia, velle pro re minimi momenti amplecti lectum ardentem, in quo torreantur in æternum? Ea sola consideratio tam vtilis fuit illi homini, tantosque in eo fructus operata est, quod statim relictis vitijs ad virtutes transierit, in ijsque breui eum in modum profecit, ut homo sanctus & Ecclesiæ Prælati effectus sit.

Horrendum dictum.

Quid dicent mundi huius delicatuli, qui ob strepitum vnus culicis totas noctes ducunt insomnes, ubi se viderint in lecto hoc ignis ardentis extensos, & vitijs flammis ab omni parte amburi: idque non vna nocte, sed in æternum duraturum. Huiusmodi Prophetæ Esaias alloquitur, his verbis: *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* cuius humeri tam erunt ferrei, qui tantum onus tanto queant tempore portare? O gens insensata, o homines excæcati ab illo antiquo impostore, qui vniuerso terrarum orbis suis fraudibus imponit. Quid quæso magis est à ratione alienum, quam quod homines minima quæque curant, quæ ad hanc vitam pertinent: in re verò tanti momenti tam sint inconsiderati, & negligentes? Si non videamus hæc, quid tandem videbimus? quid timebimus, si non pauimus hæc? aut quid prouidebimus, si hæc non prouideamus? Quod si hæc ita sint, quomodo poterimus non summa cum animi alacritate virtutes amplecti, quantumvis arduæ sint & difficiles, saltem ut hæc mala subterfugiamus?

Esa. 33, 14.

Certissimum equidem est, quod si Deus optionem tibi daret, & diceret: Toto tempore quo viues debebis aut chiragra vel dolore dētis alicuius tam acuto cruciari, ut morbus iste nec interdiu, nec noctu requiem vllam tibi concedat: aut si immunis esse velis ab istis doloribus, vel Capucinus fieri debes, vel Carthusianus; aut aliam quamcunque monasticam regulam asperam & austeram profiteri; penitentiamque eandem subire, quam illi subeunt, necesse est: perpende tecum vtrum illorū eligeres? Nō existimo posse hominem inueniri tam stolidū, qui (vel ob solum amorem sui ipsius) nō eligeret quamlibet illarū professionum potius, quam dolores, istos tanto tempore duraturos. Cum itaque cruciatus & dolores, de quibus nos agimus, infinitis modis sint grauiorēs, & diuturnitate temporis absque vlla comparatione prolixiores, multo quoque minus sit quod Deus à te postulat, quam

Dan. 3. 47.
Allegoria
in signis.

quam Capucinatorum aut Carthusianorum regulam exercitiaque amplecti: qua nostra dementia est, nolle tam exiguos labores, & tam breues molestias subire, per quos licet aeternos cruciatus euadere? Quis non videt hunc esse vel maximum huius mundi errorem, atque intolerabilem dementiam? Sed fructus eius erit, quod, dum homo exiguis poenitentiae laboribus à tantis malis hic sese non vult liberare, illic aeternam poenitentiam faciet, sine villo fructu vel emolumento. Huius rei figuram habemus in fornace, quam Rex Nabuchodonosor succendi iussit, Babyloniam, cuius flamma super fornacem cubitis quadraginta novem effundebatur; propter defectum verò vnius cubiti, ad numerum quinquagenarium, qui annum Iubilaeum significat, non peruenit: vt intelligamus aeternas istas flammās Babyloniam, hoc est inferni, quamuis supra modum ardeant, & infelices damnatos crudelissimè torquant; eò tamen nunquam peruenturas, vt gratiam veri Iubilaei consequantur. O poenae sine fructu, o lachrymae steriles, o poenitentia dura & aspera, omnis tamen expers spei & solatii. Quam exigua eorum, quae illic patiuntur damnati sine fructu, si hic voluntariè suscepta fuissent, ab istis malis eos praeseruare potuissent? Quam facile liberari potuissent, quam exiguo labore?

Fluant itaque fontes lachrymarum ex oculis nostris, & ex alto pectore suspiria sine intermissione du-

cantur. *Super hoc plangam & ululabo*, ait Propheta, Mich. 3. *vadam spoliatus & nudus, faciam plantum velut draconum & lulum quasi struthionum; quia desperata est plaga populi mei.* Si hominibus haec essent suspecta, nec fidem harum rerum haberent, aut saltem non tam certam, sed dubiam, tolerandum aliquo modo esset, si in hunc errorem inciderent. Sed omnia haec certissima fide profitentes, scientesque certò (vti Saluator ait) *quod calum & terra transibunt: sed ne tota quidem vllum aut apex vllius praeteribit ex his, donec omnia fiant*; dicentesque aperte, haec omnia sese certissima fide & religione tenere, eos tam secure & negligenter viuere, omnem stuporem & admirationem transcendit.

Dic mihi homo caece, & sine cerebro, quid in diuitijs & huius mundi bonis inuenis dignum, quod cum hoc pretio comparetur? Esto, inquit Beatus Hieronymus, sit in te sapientia Salomonis, Absalonis pulchritudo, & Sampsonis fortitudo: sint anni & vita Enoch tibi promissi; habeas Croesi diuitias, & Ostiuiani potentiam: quid tibi proderunt haec omnia, si tandem corpus vermibus esca detur, & anima ad inferos rapta Daemonibus cum diuite Epulone sempiternis torquenda cruciatibus tradatur? Luc. 16.

Haec sufficiant quantum ad primam nostrae ad virtutem exhortationis partem. In sequenti agemus de singularibus priuilegijs virtutum studiose promissis.

Finis primae partis.

SECUNDA PARS, IN QVA TRACTATUR DE BONIS TEMPORALIBVS, ET SPIRITVALIBVS, QVAE VIRTUTI IN HAC VITA PROMISSA SVNT: PARTICVLARITER verò de duodecim insignioribus priuilegijs, quae in Virtute reperiuntur.

TITVLVS VNDECIMVS.

AD VIRTUTEM NOS OBLIGARI
propter bona inestimabilia, quae in presenti
vita promittuntur.

CAPVT XL.

NESCIO profecto, quid causari queant illi, aut quo sese pretextu purgare, qui virtutem non amplectuntur; cum tot sint rationes, quae hominem ad illud studium impellunt. Non enim exiguum est pro defensione huius materiae allegare quod Deus est, quid meretur virtutis studiosus, quid datur, quid promittitur illi; quae contra vitiosos. & à virtutum studio alienis minas intenduntur. Non immerito itaque interrogare quis posset, cur inter Christianos, qui haec omnia credunt & confitentur, tot inueniantur, qui neglectis virtutibus vitia sectantur? Non enim mirandum est, tales inter infideles esse multos, qui cum virtutem non cognoscant, nullo eam habeant in pretio: quemadmodum folior quippiam, qui si fortè gemmam inuenerit, eam vilipendit: quia virtutem & pretium illius non cognoscit. Sed quod Christiani, qui norunt & credunt haec omnia, viuunt tanquam non crederent, immemores Dei, serui peccatorum, mancipia suarum passionum & appetituum, tanto additiores rebus visibilibus, quanto rerum inuisibilium negligentiores, ad omne gentis peccati proclites, non secus, quam si mors esset extincta, nec ad iudicium esset veniendum, nec caeli gloria expectanda, nec denique infernus mettuendus: hoc inquam omni admiratione maius est.

Proinde, vt dixi, meritò quæri posset, vnde haec negligentia, stupor intellectus, & (si dici liceat) diabolica incantatio in hominibus nascatur. Illud ma-

lum vnam solam radicem non habet, sed multas & diuersas. Inter quas quidem, eaque non minima, est Error quidam generalis, in quo viuunt homines mundi huius, credentes omne id quod Deus virtutis amatoribus pollicetur, vsque in futuram vitam referuari, & quod in presenti seculo nihil horum sit expectandum. Propterea cum homo maximopere primum appetat, & potissimum utilitate ducatur: sed non nisi praesentibus, ijsque quae sensibus exterioribus obiecta sunt, moueatur, cum nihil praesens videt, parui facit, quod futurum est. Sic Iudaei fecisse videntur tempore Prophetarum. Cum enim Ezechiel ex mandato Dei proponeret ipsis magnas promissiones, aut diras annuntiaret comminationes, exhiberunt: & contemptu quodam omnia explodebant, dicentes, *Visio, quam hic videt in dies multos; & in rempora longa ipse propheta.* Sic & illudentes Prophetae Esaiæ, contemnebant eius sermones, & dicebant, *Manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi.* Haec vna est ex praeceptis rationibus, quae homines peruersos auocant ab obseruantia mandatorum Dei, persuadentes sibi nullum primum virtuti statutum in hoc mundo: sed omnia in futurum seculum referuari. Huc respexit magnus ille Sapiens, cum diceret: *Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetranti mala. Adit & aliud Sapiens, pessimum esse inter omnia quae sub Sole fiunt, magnamque dare malis peccandi occasionem, quod iustis mala proteniunt, quasi opera egerint.* Eccl. 8. 12. Bonis & malis aequaliter omnia promittuntur.

Mirandum inter Christianos tot inueniri homines vitiosos.

Simile.